LVCTVS POSTHVMVS
SIVE
ERGA DEFVNCTVM ILLVSTRISSIMVM HENRICVM WALLIÆ PRINCIPEM, COLlegij Beatæ Mariæ Magdalenæ apud Oxonienſes Mecænatem longè indulgentiſſimum,

Magdalenenſium officioſa Pietas.

Serius, vt ſerò, Luctus venit. Altus in alto
Pectore concoctus, Poſthumus eſto dolor.



OXONIÆ,
Excudebat Joſephus Barneſius. 1612.

Lectorem, non mens; non mens ambire Patronū.
Fautorem inveniat Pagina noſtra ſuum.

ILLVSTRISSIMI PRINCIPIS
MEMORIÆ S.

IPſe, Tuis manibus qui quondam (HENRICE) ſacravi
Carmina, nunc ſacro Manibus iſta Tuis.
Per Te quæ toties riſit Domus hoſpita noſtra
(Nempe patrocinio facta beata Tuo)
Præſidio viduata ſuo, nunc mæſta madenſq;
Has pro Te Lachrymas fundit amara novas.
Sit triſtes reliquis fas expreſſiſſe dolores:
Sit mihi, ſit Muſæ fas ſtupuiſſe meæ.
Nempe modos alij calamo leviore miniſtrent,
Perplacet vt noſter ſit ſine voce Dolor.

GVL. LANGTON, *S. Theol. Doct. Coll. Magd. Præſes mærens ponebat.*

PROSOPOPOEIA PRINCIPIS *HENRICI, ad Beatam Magdalenam, & Fratrem* CAROLVM.

QVid mea ſic lachrymis turbatis gaudia veſtris?
Quid vivis prodeſt nænia funeribus?
Immaturè obij: ſed Tu diuturnior, annos
Vive Meos, frater CAROLE, vive Tuos.

Sors & *Mors* diverſa volunt (*Princeps*) Tibi regna:
Sorte *Externa* petis: morte *Superna* rapis.

THO. LOFTVS *Vicepræſes. Bac. in Theol.*

QVòd calcanda ſemel lethi ſit ſemita, Reges
Ipſos poſſe mori, Pagina ſacra docet.
Cuncta premet taciti divina potentia fati,
Abſolvit nullos integra vita reos:
Ergo HENRICE Tuam non flent mea carmina mortem,
Non aliâ vita eſt conditione data.
Triſtius eſt letho lethi genus; Integer, Inſons,
Noſtrorum ſcelerum faſce gravatus obis.
Quid dabit huic Tanto pia *Magdalena* Sepulchro?
Libabitq; vmbris qualia thura tuis?
Nil habet infelix præter ſuſpiria: fletus,
Ipſa quibus ſolis vnica dives, habe,
Marmoreum abſumet longæua ſenecta ſepulchrum,
Et *Phario* ſaxo culmina ſtructa ruent,
Hâc erit in noſtrâ tibi maior imago papyro,
Vnica non norunt hæc monumenta mori.

Plu-

Plura libens gemerem, ſed Tu bone CAROLE, Fratris
  Hoc deſiderium mitius eſſe iubes:
Tu novus occiduo fulges pro *Caſtore Pollux*,
  Et radiat vultu Fratris imago Tuo:
Hæc *Magdalenæ* miſeræ ſpes vna: quòd Hęres
  Fraterni tituli factusq; amoris, eris.

FRANC. BRADSHEVV: *Coll. Magd. Soc. in Theol. Doct.*

Ad Magdalenam, Clementiſſimi Principis HENRICI *Domum hoſpitam, Alloquium.*

POne pias lachrymas, & fœmineos vlulatus,
  Quiq; iuvant nihil in funere, pone Elegos.
Non his obſequijs Manes placantur: & infra
  Triſtitiam eſt, lachrymis qui dolor egeritur.
Quin, ſuperilluſtrem ſi HENRICVM morte peremptum
  Flebis, age in ſilicem vertitor, & Nioben.
Quòd ſi duriciem non ſic imitaberis, vnâ hâc
  Duritie, marmor vincitur, & Niobe.

Ponebam IO. BVDDEN *è Coll. Beatæ Mariæ Magd. I.C. Et Profeſſor Regius, non tàm mærore affectus quàm planè attonitus.*

QVem flendi finem? per mœſta cadentibus ora
  Quem lachrymis ſtatues (muſica turba) modum?
An tua perpetuis ſtagnabunt lumina guttis?
  Ex oculiſne fluent ſalſa fluenta tuis?
Altera num *Rachael* renuens ſolatia, *Princeps*
  Quòd tuus interijt, tempus in omne gemeus?
Altera vel *Niobe*, quæ fata cruenta ſuorum
  Flens longo tandem eſt facta dolore ſilex?

Mitte pias quamvis lachrymas inſignia luctus,
Exue funebres extenuata ſinus.
Mitte cothurnatis calamum torquere querelis,
Aptando placidis carmina blanda lyris.
Dulcia poſt triſtes redeunt ſolatia planctus.
Mæroreſq; ſolent gaudia *ſæpe* ſequi.
Debentur juſto ſuſpiria multa dolori
Sed culpa eſt lachrymis non adhibere modum.
Nempe parùm fidit, nimiùm qui plangit ademptos.
Nec ſtabilem vitæ ſpem melioris habet.
Berſabe genitum, dum vivere fata ſinebant,
Regius in pullâ veſte propheta gemit.;
At poſtquam gelidas inter decumberet vmbras,
Veſcitur appoſitis, lætior ore, cibis.
Deſijt ille graves mundi ſentire procellas;
Sortis & humanæ triſtia damna pati.
Interijt, ſed non periit; periiſſe putatur
Quem Deus è terris ad loca celſa vocat?
Nec Mors, interitus; ſed commutatio vitæ eſt;
Pondere, mens, poſito regna ſuperna petit.
Non homo, pars hominis tantum tellure repoſta eſt:
Altera terreſtri libera mole viget.
Et viget, & ſuper aſtra viget, gremioq; recepta
Cœleſti, fragiles nauſeat alta domos.
Præmiſiſſe puta, non amiſiſſe Patronum.
Præterijt Juvenis, præproperando, ſenes.
Is prior obtinuit metam, finemq; laborum,
Feſtinans celeri nos ſuperare pede.
Nos ſequimur, lento quamvis pede, ſemper ad illum
Tendentes portum, quem propè conſequimur.
Tendimus hùc omnes, hæc eſt via trita parentum:
Deſine, poſt iſtam nulla querela manet.

HEN. BVST, *D. Med. Magdal.*

Ad Muſam.

DOnec ego feror imprudens in Funera vates,
Nec mihi *Melpomene*, nec mihi *Phœbe* veni.
Errat, qui nullâ carmen dabit auſpice Muſâ;
Auſpice ſed nullâ, fas mihi flere, Deâ.
Auſpice, poſt mortem HENRICI, Te (CAROLE) ſcribo;
Tu mihi *Melpomene*, Tu mihi *Phœbus* eris.

Ad CAROLVM *Principem.*

Cur perit HENRICVS? cur, CAROLE, ſole ſuperſtes?
Terra poteſt *Soles* vix bene ferre *Duos.*
Sed *Te*, ſed radijs dum terra fruatur *Elizæ*,
Et *Solem* & *Lunam* Terra beata feret.

De HENRICO *Principe, qui obijt quarto die à Feſto Omnium Sanctorum.*

Præterit alma *Dies ſanctorum*, & deficit illi
Lux ſequitur *Sanctum* quarta datura *Novum.*

De Eodem, qui obijt non multò ante Solſtitium Brumale.

Lætitiæ cur curta Dies, cur longa Dolori,
Cum *Princeps* Brumæ Solſtitio moritur?

De Eodem, qui mortuus eſt Die S. Leonardi.

Quòd *Princeps* pereat *Leonardi* luce, ſtupendum eſt.
Nam *Leo* dum moritur, dic vbi *Nardus erit.*

De Eodem, qui obijt poſt occaſum Solis.

Vt Sol, ſic *Princeps*: *Sol* occidit; occidit *Ille.*
Sol, vitæ fomes, dum fugit, *Ille* fugit.

Aliud.

Phæbe, tibi meritò facies abſcondita; nunquam
Abſtuleris ſimilem (*Sol*) tuleriſvè *virum*.

De morte HENRICI *Principis, quæ accidit ſexto Die Novembris.*

Mors Sextum, Quinto, parilem feciſſe *Novembris*
Dum ſtuduit, faciles quærit habetq; manus,
Et, quoniam *Pyrio* ſatis eſt de *Pulvere* cautum,
Iuſſit vt HENRICI è corpore *Pulvis* eat.
Mortis Proditio (ſic poſtera dixerit Ætas)
Arte minor *primâ* eſt; ſed nocitura magìs.

Aliud.

Quinta docet *Flammas* metuendas menſe Novembris;
Sexta Dies, Lachrymas dum movet, vrget *Aquas*.
Lætitiæ, ſplendor, locus eſt quòd dormiat Ignis:
Quòd dominentur Aquæ Nox nigra, pulla Dies.

De Aquâ cruentâ in acetabulis diſſecti Principis cerebri repertâ

Evaſit *Princeps Fulmen fatale* Novembris
Vt magè ſanguineis obrueretur Aquis?

De Plumis.

Cur (HENRICE) *Tibi* Tua ſunt *Inſignia Plumæ*?
In cælum vt citiùs Te Tua Pluma vehat?

De pullatâ Britannorum veſte, & fronte lugubri.

Quis credat *Britonas Boreali Parte* locatos,
Quos Dolor & veſtis vertit in *Æthiopas*?

Ad

Ad Lectorem.

De morte HENRICI Principis, qui, cùm per totas Nonas Novemb. ægrotaverit, Die proximo post Nonas abijt.

Lector, non *nova* nec ſtupenda res eſt
Exangues fieri *Novem Sorores*,
Languidas fieri *Novem Sorores*,
Et *novis* Lachrymis genam alluentes,
Sorti fidere iam ſuæ impotentes,
Et ſuo *Numero* malè ominantes;

HENRICVS quia *Nonus* (heu!) futurus
(*Seclis* qui meruit frui *novenis*
Muſis vt fieret *Novem* Patronus)
Nonis fatidici *Novembris* æger
A *Nonis* ſubitò perit *Novembris*.
Illum cùm *Anglia* nunc *novem* per annos,
Illum *Scotia bis Novem* per annos,
Ætatis decimo, atq; penè *Nono*,
Amplexa integra terque, terque, terque eſt,
Amplexuraq; & vſquè, & vſquè, & vſquè:

Expalleſcere iam *Novem* Sorores,
Ambas claudere Luminis feneſtras,
Et Planctus dare iam frequentiores,
Et plus quàm *noviès* ferire pectus,
Et Fato *noviès* ſuo timere,
Ne forſan *Novitas* futura Muſis
Minetur miſerè *novam* ruinam:
Lector, non *nova* nec ſtupenda res eſt.

Carmen Conſolatorium ex his verbis

CAROLVS JACOBVS REX

HENRICVS FREDERICVS *Princeps.*

Ergonè Nominibus, Fatum? myſteria, verbis?
Divinum & ſpirant ſacra Lavacra Bonum?
An quia nos plenè miſeros Deus eſſe vetaret
Hos duplici, & ſancto Nomine tinxit *Aqua*?
HENRICO vt ſupereſſe queat FREDERICVS adempto;
Et poſt JACOBVM CAROLVS alter eat.
Hoc mihi dimidium curę, medioſq; dolores
Abſtulerit; mediam ſpem dederitq; mihi.

ED. LAPWORTH, *è Coll. Beatæ Mariæ Magd. in Med. Doctor.*

QVos, gladios acuiſſe truces decuiſſet in hoſtes,
Hi calamos acuunt in Tua fata leves.
Nos, Juvenes *Mavors* ſpectaverat, auſpice magno
HENRICO; ſed nos *Melpomene* rapuit.

HENRICVS PORTMAN, *Baronetus.*

Eſt ita: jam didici: non ſtemma, propago, parentes,
Nec valet in fati tempora fixa genus:
Hæc HENRICE tuam decorarunt ſingula vitam,
Te genus à multis nobilitavit avis:
Tu tamen (heu facinus!) primâ ſucciſus in herbâ,
Speq; Tuæ *Mariæ* luxuriante cadis:
Providus haud carpit creſcentem vinitor vuam,
Nec cadit in ſpicâ falce reſecta ſeges.

Cur

Cur mea non potius curtaſtis fila Sorores?
Fata forent vobis invidioſa ſenis?
Quam patiens morerer, mea ſi reparare juventam
Demeſſam poterint ſtamina rupta tuam?
Me moriente foret levis, & jactura ferenda
Algentis ſucco deficiente ſenis.
At Tecum tanti cecidit ſpes vnica regni,
Et *Magdalena* gloria prima tuæ.
Non facit ad rabidas ceruix niſi ſumma *Leænas*?
Sanguine non premitur turbidiore ſitis?
Sed quorſum hæc? tenui levis eſt querimonia verſu,
Non habet exundans verba ſat apta dolor.
Corde gemam tacitus: quiſquis concedis in iſtam
Mæſtitiam, & gemis hæc funera: *nulla gemas*.

ANTONIVS MORBRED:
Bacc. in S. Theol.

FRegi olim calamos, ſcidit mea Muſa libellos;
Vix nunc lugubri ſuſtinet ire pede.
Et propè decrepitam cogor revocare Camænam,
Incipit & fletus noſtra *Thalia* novos.
Nec mirum eſt, HENRICE, tuo ſi in funere fleret,
Quem meritò genium credidit eſſe ſuum.

Qui populo dilectus eras, metuendus at hoſti;
Num plus dilectus, pluſvè timendus eras?
Terrebas multos, multos amplexus amore es;
Haud timor hic plures, quam tibi vinxit amor.
Quàm benè conveniunt & in vna ſede morantur
Maieſtas & Amor, pectore vincta tuo.

Credimus HENRICVM, *Muſarum* an *Martis* alumnum?
Et *Muſa* Hunc natum, & *Mars* velit eſſe ſuum.
Quicquid *Muſarum* eſt, & quicquid *Martis*, habebat,
Floruit Vnius pectore vterq; Parens.
Artibus inſtructum quem novi, & Marte potentem,
Hunc tradunt gelidæ ferrea fata neci.

Vita triplex regnum HENRICO promiſerat vni;
Et Mors Huic, voluit quod dare vita, dedit.
Pars melior Cœlis regnat, pars altera terris,
Inq; animis Ejus regnat imago pijs.
Et dum Cor noſtrum creſcet, creſcetis honores,
Quos fida inſcriptos pectora ſemper habent.

Non hodiè minimâ contenti nocte *Britanni*,
Non adeò nobis triſtis *Apollo* favet.
Surgentem Solem læti coluere *Britanni*,
(Tu *Sol*, ô *Princeps* maxime, verus eras.)
Mox etiam mœſti Solem doluere cadentem;
Sic ſimul occaſus noſter, & ortus eras.

EDMVNDVS CARPENTER:
Bac: S. Theol.

SAnctum cadaver *Principis*, *Princeps* heri,
Ocellus omnium quotquot *Europe* videt
Decuſq; Principum. Heu viciſſitudines
Nimis dolendas, terq; deplorabiles!
Pollinctor ergò tenè conditum ſtrue,
Fragrantiori aromatum, & nimbo ſacro,
Et ſuavè delibutum olente balſamo,

Mul-

Multâq; Myrrhæ lachrymâ à putredine
Sic vindicabit? quis novos *Prometheus*
Inſpirat ignes corq; magnanimum tibi,
Mentemq; in hos diâm vel animulam faber
(Sancta illa cœlo jam recepta pignora)
Refundit artus? priſtinum & membris decus
Reſtituit? hanc in hoſpitam Divis domum
Et erudito virginum tritam choro
Virtutis altum vividæ ſacrarium
Libitina gelido clàm quid irrepſti pede?

L. HVMF. *Bac. S. Theol.*

Apparet *Regi* ſub ſomnum nobilis arbos — *Dan. 4. 8.*
Quæ tetigit patulis ſidera ſumma comis.
Cujus erat ramus ſpecioſus, pulcher, & amplus,
Quæ multis fuerat tegmen, & vmbra virens.
Ecce autem è cœlo clamans: Exſcinde bipenni
Ramum; ſit nullis ampliùs aura feris.
Arbor hüic ſimilis noſter Rex, magna, JACOBVS,
Aſcendit cujus filius vſq; polos.
Filius hic *Princeps*, Terræ ſuis vmbra *Britanna*
Sub cujus tuto tegmine nuper ovans.
Ecce autem è cœlo tonuit *Deus*. ille diremit
Ramum: quis nobis *tegmen* & *vmbra* foret?

O Deus! vt radix & trunci portio parua
Conſtitit, abſciſſo palmite, firma ſolo;
Sic vivat fœlix terris *Rex*, cætera proles
Vivat, & æternùm ſceptra Britanna gerat.

RICHARDVS LOVE *S. Theol. Bacc.*

 Mag.

M*Agdalena* Pedes Chriſti *olim lavit*: & illud
In Chriſtum *Maria* pignus amoris erat.
En Tua *Magdalena* parat ſua munera, *Princeps*,
Defunctum lachrymis Te lavat iſta ſuis.
Jlla fuit triſtis, ſubitò quòd Chriſtus abiret:
Principem & Hęc pariter triſtis abiſſe ſuum.

H. PERIER *Bacc. S. Theol.*

PLangit immiti *Cytherea Adonin*
Dente diſcerptum ſuis; & crematum
Luget impenſè *Phaëthonta Phœbus*
Ætheris igne.

Nympha Narciſſum gemit, *Ops* & *Atyn*,
Memnona Aurora, *Hippolytum Diana*:
Singuli ſic flent ferè ſingulos *dij*
Morte peremptos.

Principis cuncti ſuperi dolerent
Vnius lethum paritèr gementes
Dij deaq;; eſſent niſi machinati
Sponte ruinam.

Scilicet quo delitias, amores,
Omnium commune (ſuum ſodalem)
Gaudium, cælo propiùs locarent
Inter & aſtra.

Lætus

Lætus ô *Diûum* chorus Hoc ſodale;
Dona certatìm nova conferuntur;
Et recèns nactus veluti triumphat
Numen *Olympus.*

Geſtit auratam capiti coronam
Iupiter ponens;humeris pharetram
Gaudet appendens cytharamq; collo
Phœbus:exultans decorat *Gradivus*
Dexteram telo,clypeo ſiniſtram:
Filius *Maiæ* pedibus precans ta-
laria nectit.

IOH. WILKINSON *in S.*
Theol. Bac.

{HENRICVS STVARTVS WALLIæ PRINCEPS.
{*Heu ſpes illuſtris, nunc patriæ cura.*

HEu quò recedis,plura pollicitus Tuis
HENRICE? *ſpes illuſtris* æternùm vale;
Mentiſq; noſtrę pignus hoc moriens cape,
Lachrymas,querelas,carminum męſtos modos.
Tibi *cura* nuper patria non levis fuit;
Patriæ ſed Ipſe es *Cura nunc* maior Tuæ.
O verum amorem! vivus hanc amaveras,
Amavit Hæc Te: mortuum mærens amat.

EN-

ENRICO FEDERICO.

Rico {En / De} Fe

Ayme, quien refierà el aziago dia,
Quando con cuchillo de la parca ayrada,
La muerte del ENRICO *era anticipada!*
ENRICO *en todo rico que convenia;*
Rico en iluſtre ſangre, y rico en dotrina,
Rico en claro iuizio, y rico en la cumbre
De toda virtud, rico en la muchedumbre
De poder, grandeza, gente y diſciplina:
En ſuma, Rico en Fe. *O ſuerte laſtimoſa,*
Que el no eſtuuo rico en muy *luenga vida;*
Ni ay conſuelo alguno deſta gran perdida.

Anagram iuxta ſymbolum Principis,
Ich Dien.

{HENRICVS FREDERICVS STVARTIVS.
{*En Chriſti fidus creatur ſervus.*

Satanæ furentis ipſe dum pateris jugum,
Quales creabis inſolens ſervos Papa?
Miſeros profectò. Verus eſt Dominus Deus
Chriſtus; triumphant, ille, quos ſervos facit.
HENRICVS ergo Brittonum *Princeps* pius
Fidus creatur ſervus en Chriſti; ſimul
Dum ſervit, idem regnat, imperat. Tui
Tibi, tu tuo; paret ſed Hic domino ſuo.

TH. OTESIVS: *Bac. in Theol.*

Heu

HEu Charum Caput occumbis, ſate ſanguine Regum,
Humani Decus,& deliciæ generis?
Quô maius,meliusvè nihil bona fata dederunt,
Cuiq; nihil ſupereſt quod rapiant ſimile?
Non tamen hoc querimur:fuit indulgentia cœli,
Tantus vt in noſtro tempore creſcat honos.
Hoc dolet,(Heu)quòd ſera ætas ventura nepotum,
Tantum vix credat,diſſimuletve bonum.

FRANCISC. EVERTON. *S.Theol.Bacc.*

MOrtuus HENRICVS?vivit *Sedleius*?& *Ille*
Vel nullo noſtro carmine dives erit?
Virtuti infandum eſt meritas retinere Camænas,
Et dare gloriola eſt,quas meruiſſe decus.
Quæ negat huic Tanto Muſarum Muſa Patrono
Carmen,& hæc careat carmine Muſa ſuo.

IOHANNES SEDLEY,*clariſſ.Domini* GVLIEL. SEDLEY *Equit. & Baroneti filius natu maximus,Bacc.in Artibus.*

ERgo erit huic regno *ſemper* fatale? quòd hæres?
Spes cadat ante diem? filius ante Patrem?
Primus eras Primi,primævo flore peremptus,
Filius HENRICI,maſculus vnus eras;
D'inde *Niger* Princeps,domuit qui cuſpide *Gallos*;
Hunc ſequitur ſoboles ſola relicta domus
HENRICI *Sexti*,nimiùm infœlicis imago;
Nec tenuêre diù ſtamina fuſa Deę,
Quin crudelis *Aper* tenerum compreſſit Adonim
Eduardi Quarti: nec coluêre roſæ

 Gem-

Gemma ſed *Arthurus*, noſtri ſpes altera regni
Indubitatus honos fulſit, & occubuit;
O quàm te memorat (virtutum maximè cultor
Sexte Edöarde) gemens relligionis honos!
Sed quibus, heù! lachrymis contundens pectora palmis
Et laniata comas, & rabioſa loqui,
Conqueritur Natura parens, operoſa quòd eheù
Illius moles (dia propago) cadat.
Sed pro Te *Thamiſis*, pro Te flet *Rhenus*, & inter
Coelicolas ipſos, (abſit adeſſe nefas)
Magdalena gemens imo de pectore planctus
Fundit; & aſſiduas fundit vbiq; ſuas,
Heù coelum! lachrymas; & dum datur angelus orbi,
Anglorum lachrymas angulus omnis habet.

Ad Principem defunctum.

Cùm *Tu quadruplici* fueras diademate cinctus,
Impoſita eſt capiti *Quinta* corona Tuo;
Vltima prima fuit; quàm nunc præpoſterus ordo?
Hæc *Tibi* ſit coelo; ſed priùs illa ſolo.

Ad Eundem.

Dic, licèt duro tegeris ſub marmore; pro Te
Marmor fit *Niobe*, ſolvitur in lachrymas;
Principis audito tantùm vel nomine, *Terra*,
Nè fiat marmor *Tota*, tremore ſtupet.

ED. OTHEN *Art. Mag. & in Philoſ. prælect. in Coll. Magd.*

Proſopopœia Magdalenam alloquentis.

ELoquar an ſileam? loquitur levis, alta ſtupeſcit
Cura. ſilet plenum vas, & inane ſonat.
Scilicet exardet totis dolor oſſibus ingens,
Nec via ſingultu laxa fit vlla ſono.

Sed

Sed tamen experiar, mœſtaſq; expromere voces
  Nitar, ad extructos exululabo rogos.
Intereà hoc dicens, ſi non ex ore recurſent
  Lugubres voces, Cor tamen intùs habet.
Intùs habet plures quàm quit memorare dolores,
  Aut vellet tenui voce referre pares.
Quippe quòd eximium de Regis ſtirpe Nepotem
  Deploro, Angliaci ſpem gregis egregiam.
Naſcentem regni (ſic fas eſt dicere) ſolem,
  Qui dederat, ſicut Phoſphorus ille, diem.
Sicut & Oceano roſeis Aurora quadrigis
  Diffundit ſpecies orbibus orta ſuis:
Sic vires, varioſq; Anglis impertit honores,
  Vim, ſpem, virtutem vividus attribuens.
Ah quo ties aluit te, *Magdalena*, quotannis
  Spes hæc? quem Dominum fare fuiſſe tuum.
O vtinam nunc eſſe magis tibi dicere fas ſit,
  Sed quùm non liceat, fare fuiſſe tamen.
Eſt habuiſſe aliquid talem, Domus orba, Patronum,
  Et ſi non habeas, eſt habuiſſe aliquid.

Reſponſio Magdalenæ.

Proh dolor! infandos cogis memorare dolores,
  HENRICVM dicam me olim habuiſſe ducem?
O lachrymoſa dies quæ funus tam grave primò
  Nunciat! ô læſi triſtia ſigna Dei!
Siccus vt areſcit brumali tempore palmes,
  Mortuus & ſucco deficiente cadit:
Sic & noſtra jacent emortua corpora terris,
  Et ſine vitali frigida luce cubant.
Atq; Ego præ reliquis triſtiſſima fœmina, marmor
  Sicut erat Niobe, fio dolore gravi.

Edere lingua negat voces, & viſcera ſaxum eſt,
Plectra dolore tacent, muta dolore lyra eſt.

T. GARBRAND *in Art. Magiſt.*

DVm fuit in vivis, fuimus Nos Principis: Ipſe
Mortuus ut noſter fiat oportet: erit.
Verè erit, in lachrymas toti ſumus ergo ſoluti:
Magdalis Hunc, ſi quem fleverit, ipſa fleat.

AMB. POWELL *in Art. Mag.*

Eſto quòd in lachrymas ſis *Magdalena* ſoluta:
Nemo tibi vitio verterit, eſſe piam.
Olim conjunctim *Marijs* quod contigit, illud
Tu (non immeritò) hoc tempore ſola doles
Amiſſum Dominum: Dominum amiſiſſe, dolendum.
Perſolvas Domino debita juſta Tuo.
Indulge lachrymis, Domini dolor æquet amorem:
Neſcijt hic finem, neſciat ille modum.

VIN. GODDARD *in Art. Mag.*

A*Nglia* tota Tua eſt, Tua tota *Britannia*: Cur nos
Ergo Tuos vocitas? portio parva ſumus.
Anglia tota Tibi, Tibi tota *Britannia* curæ eſt,
At nos inprimis: portio magna ſumus.
Nam magnos, quos Tu magni facis, eſſe neceſſe eſt:
Sed neq; parvi erimus, dum licet eſſe Tuos.

Magdalena fuit magna, Illuſtriſſime *Princeps*:
Nunc parva eſt ex quo deſijt eſſe Tua.

Ah

Ah non eſt, non eſſe poteſt Tua, Tu quia non es:
Et Tua cùm non ſit, deſinit eſſe ſua.
Non tàm parva igitur quàm nulla eſt *Magdalena*.
Te vivo vixit, Te pereünte perit.

O ſi *Magdalena* foret Tua, CAROLE Magne,
Quæ modò nulla fuit, magna ſubindè foret.
Fortunam Fratris, virtutem Fratris adeptus,
Fratris & affectus indue, Noſter eris.
Quod ſi digneris, Tua *Magdalena* futura eſt:
Et Tua cùm fuerit, non nequit eſſe ſua.

THOMAS BAYLEY *in Art. Mag.*

VIxiſti ſapiens (Princeps) pluſquàm velit Ætas,
Quodq; vetat Morbus, (jam moriture) ſapis.
Nam *virtus vitium fugere & ſapientia;* quare
Dùm Mundus malus eſt, Tu ſapis, & moreris.

Jam nova Virtuti condamus templa, futurus
Quæ colat & merito laudet honore dies.
Cùm poſt HENRICVM ſpectet, non ſperet honorem
Quæ cum Illo Virtus ſatq;, ſuperq; ruit.
Sed ſperes Virtus; dum CAROLVS Ille ſuperſit
Delebit laudes nulla ruina Tuas.

Cur nunc nigreſcit paries vbicunq; locorum,
Quæritur? orbata eſt Anglia *luce* ſuâ.

Mirari fas eſt, non fas laudare *ſupremos*:
Nam ſuperant laudes *optima queq;* ſuas.

THO. WESTLEY *in Art. Mag.*

HVc ades,& longas mecum meditare querelas
Flebilis incultâ Calliopeia comâ,
Qualis inexhauſtos in funere Mecænatis
Dictabas elegos vatibus ipſa tuis.
Ecce pede Heroo,numeriſq; referre ſonoris,
Qui modo propoſui *Principii* acta mihi;
Cogor inornatis mutare Epinicia leſſis
Nunc,& Ei inferias triſtibus ire modis.
Principis effertur pullatâ funus in vrbe
Ante ſua extincti tempora Cambriaci.
Mors fera,ſubiectum miſero ferale Poetæ,
Mors cita,quì longi cauſa doloris ades?
Ergo Tibi hos thalamos,hos fata dedere Hymenæos
Speratam in ſobolem,Regna Tibi hæc dederant?
Hæc ſpolia?has palmas?adſectatoſq; triumphos?
Nunc Thalami,Soboles,Regna,Triumphus vbi?
Quanta repentè Tuo luctus confuſio caſu?
Quis populi fletus,patriciuſq; dolor?
Mortali adfectu Maieſtas tanta gemiſcens,
Faſſa eſt humanas,Ipſaq; paſſa vices.
Horror in vrbe omni,ſqualorq;& mœror in Aulâ,
Hæc Regni facies,Te moriente,fuit.
Fluctibus alluitur non tot maris Albion ingens,
Mæroris quot Nos fluctibus obruimur.

Dum foret alternis conjunctus nexibus *Orbis*
Britanna,& cöeunt altervtrinq; *Viri*;
Miſerat Erricus ſponſæ reppudia *Mundæ*:
Vti nolo tuâ conditione:vale.

Si-

Siſtite. *Plus vltrà* vanis conatibus, ohe
Quid juvenes poſuiſſe juvat? Quid tempora longis
Præripuiſſe moris? Dominus, *Princepsq; inventa*,
Flos veterum, virtusq; virûm, maturior annis
Occubuit: Regnis *nec fas eſt extera regna*
Acquiſiſſe ſuis, ad quæ factusq; ſatusq;.
Ne juvenes *plus*. Heu dominus *Princepsq; inventæ*
Occubuit; repetantq; ſuos quos luſimus annos
Regis ad exemplum patres, quem ſera ſenectus
Deprendat vixiſſe ſuos, vixiſſe ſuorum.
Hem; taciti clinijs trini, *ſilicernia* trinis
Sumite diſpoſiti iuvenes, dum *præfica* cantet
Ilicet hinc, longumq; *vale vale* eruat actum.

Vna tamen Spes eſt, Spes omnis CAROLVS vnus,
 Defuncto, vt Patris hæc vivat imago, Patre.
Certa vacillantem hæc animum fiducia lactet
 Rex, tibi nec ſobolem defore, nec ſenium,
Tuq; Auguſte Puer, populis modò nate regendis
 Auguror auſpicijs omina fauſta Tuis:
Si qua Tuis iuſtos dederit virtutibus annos,
 Illa dies *Magnum*, CAROLE parve, dabit.
Creſce in ſpem Patriæ, genitorum in gaudia Regum,
 Hoſtis in invidiam, nec minùs exitium.

GVLIEL. SPARKE *in Art. Mag.*

Ad Annam Reginam, Ogdoas.

QVid loquar, *Anna*, Tibi? quondam chariſſima Mater
 Principis HENRICI; at diſſociata nece.
Jam ſponſæ maturus erat, ſed quærere ſponſam
 Non placuit; nec enim hic digna reperta ſatis.

Coe-

Cœleſtem invenit;potes haud dignoſcere gnatos,
   Electamvè Nurum, donec & aſtra petas.
Miraris fœdus?deſiſte: Eccleſia ſponſa eſt,
   Et Nurus illa Tibi,quæ Tibi Mater erat.

Io. Hunt *in Art. Mag.*

In Henricvm *Principem carmen funebre.*

NOcte pluas totâ,deſcendas Iuppiter imbre,
Imbre tuo noſtrum deſcendas pectus aquatum:
Elicius cùm ſis,de cordibus elice noſtris
Non vnum Oceanum lachrymarum: mundus aquarum
Non eſt,non flendo eſt damnum irreparabile noſtrum:
Occidit; ô fera vox!vox indigniſſima vocum!
Occidit;ô infande dolor! dolor ohe dolorum!
Occidit Henricvs; ſcelus ingens!grande piaclum!
Occidit Henricvs,flos illibatus honoris,
Deliciæ humani generis, ſpes altera mundi,
Occidit heu talis, qualem Deus vbere luctu
Ipſe velit fleviſſe,niſi aſſumpſiſſet ad ipſum.

Ad IACOBVM R.

O quanti,me-Chriſte,doloris abyſſus, & ictus
Tergemino mærore Tibi cor tangit & angit,
Triſte,Iacobe,Tuum dum fles in Principe fatum.
Omnis in Errico ſtabat ſua cura parentis;
Eſto;fatemur enim,dum res ſtetit illius:aſt iam
Parce,Iacobe,metu;noli indulgere dolori;
Quin meditare Dei mentémq; animumq; benignum;
Pro charo Errico frueris Carolo, Frederico,

Avul-

Avulſoq; vno non deficit alter, & ille
Os humeroſq; tibi ſimilis, pater ipſe per omne:

Ad CAROLVM Principem.

In cœlo HENRICVS regnat, tu CAROLE, terris:
Quæ melior ſors eſt, illa vel illa tibi?
Quod nimis anguſta eſt Auguſtis Anglia tantis,
Auguſtum imperium donat vtriq; Deus.

Ad FREDERICVM Palatinum

O Princeps germane; facis te Principe digna,
Manibus HENRICI dum ſua iuſta facis.
Quod tibi pro tanto donemus munere munus?
Accipe; donamus, nos tibi, noſtra tibi.

Ad Angliam.

Anglia conde caput: ſingultibus adijce planctus:
Conde caput: reliquos ingloria tranſigis annos;
Finem cum Phœnice tuo tua gloria cepit.
Fallor; an in nihilum redeat Phœnicea proles?
Quin Phœnix Phœnica parit: lætare, triumpha,
Anglia tolle caput: Phœnix tibi ſuppetit alter
Aureus, & ſimili frondeſcens virga metallo.

Ad Collegium Magdalenenſe.

Magdalena fluant iam tibi lachrymæ:
In luctus madidos tota liqueſcito:
Eheu iam columen, iam columen tuum
HENRICVS cecidit Maximus, Optimus.
Si non præ reliquis tu lachrymabere,
Peccans præ reliquis grandis habebere:

Fletus ſi nequeas flere ſat vberes,
Fleto quòd nequeas fletibus obrui.

LAVR. SNELLINGVS: *in Art. Mag.*

SOle micante, ferunt, non poſſe perire planetas:
Mutua lux maior ſtella minoris erit.
Sole micante, cadit noſtro tamen axe, Planeta:
Seu *Martem* appelles Corde, vel Arte *Iovem*.
Zodiaco Anglorum Lux eſt Phæbæa JACOBVS:
Stella erat HENRICVS proxima: ſtella cadens.
Cœlorum virtute errat vel gnoma Sophorum:
Vel JACOB HENRICO vitam, animamq́; daret.
Fallor: ineſt noſtro Sol Sole, Monarcha Monarchâ.
Regem in rege ferunt, & Deum ineſſe Deo.
Huic niſi ſuppoſito ſua lumina præbeat ille,
Gnato hic impertit lumen inane ſuo.
Diè JACOBE, potes mundi generare ſtuporem,
Non recreare; tuus Phoſphorus indè cadit.
Fama: Cometa φέρει κακὸν: hoc ſi averterit Auctor
Tanti, tanta fuit nuncia ſtella, mali.

P. HENRICVS *ad R.* JACOBVM.

Spiravi primus; primuſq́; expiro: quid illud?
In Latium tendit Filius ante Patrem:
Tu Pater in terris regnas: Ego in Æthere: per Me
" Diviſum imperium cum Jove, *Cæſar*, habes.

SAM. GERMAN *in Art. Mag.*

De

De morte HENRICI *Principis Papa ſic ſuos alloquitur.*

EN quantâ pavidos caligine terruit Anglos
Principis HENRICI funeris atra dies!
Sunt duo qui tantum de regis ſtirpe ſuperſunt,
Hæc ſunt de tantâ, funera trina, Domo.
Papicolæ exurgant, & lurida toxica ſpargant,
Mors, Sathanas, mundus, diraq; cuncta ruant.
Sceptra *Britanna* meis facilè eſt mihi jungere ſceptris,
Solùm de Regis ſtemmate dico *duos*.
Haud facilè triplicem rumpat manus ardua funem,
Sed qui non ſuperet tres, domet ille duos.
Ferte citi flammas, & ferrum ſanguine ſpumet,
Inſtruite inſidias, gens mea fida, novas.
Atq; ego projiciam bullas, bella, arma, furores,
Invidiam, lites, perfida monſtra parans.
Sic volo Regalem ſitio ſorbere cruorem
Regis, Reginæ, Principis, ELISABETH.
Tum ſequitur noſtrum divina *Britannia* luxum,
Subdet & imperio colla ſuperba meo.
Summus ego Princeps mundi, ſoluſq; vocabor,
Omnia, quæ mundus continet, hæc, mea ſunt.

Reſpondent Ieſuitæ & univerſus Papatus teſte conſcientiâ.

Pluſquàm credibile eſt quot nos hæc ſceptra *Britannis*
Abripere inſidijs occupat alta ſitis.
Pluſquàm credibile eſt quot miras ſtruximus artes
(ELISABETHA) Tibi, Rex (JACOBE) Tibi.

Omnes ſed fruſtrà : ſacra eſt *Eliza* JEHOVÆ,
Atq; Deum tangit cura (JACOBE) Tui.
Anglia ſacra Deo eſt, nos ergo illabimur Orco,
Qui cupimus Sanctis commaculare manus.
Et Deus Ægypti proprium qui morte popellum
Solvit; Romanis non dabit ille lupis.
Quin potiùs, ſicut *Moſes* fuit in *Pharaönis*
Aulâ, vel *bruti* dente *Propheta* Dei:
Sic ſalvus medio verſabitur hoſte JACOBUS,
Vnctum nec *Iova* tanget iniqua manus.

Concluſio Anglorum conſolatorii.

Ergò licèt *Princeps* de Regis ſtemmate primus
Occubuit, noſtri gloria prima ſoli.
(Quo tam maturè nimium proh fata! perempto,
Sentimus læſi triſtia ſigna Dei)
Sunt tamen in terris noſtræ ſolamina navis,
Pro queis ſollicito fundimus ore preces.
Et Pater eſt, Fraterq;, ferè qui dicitur alter,
Eſt Mater, fœlix fœmina, chara Soror.

IOHANNES DROPE *in Art. Mag.*

Proſopopœia Magdalenæ.

ECce meas lachrymas (*Princeps illuſtris*) & ecce
Vnguentum, Chriſtum te ſepelire meum.
Vnctus es vt cœlum Te, quem non terra capeſſat.
* *Pluma* fuit vita hæc; illa *Corona* tua eſt.
* Stirps Brucij, Brutiq; decus, Romæ atq; Britannûm
Speſq; metuſq; cadis, *Carduus* atq; *Roſa*.

* *Inſignia Principis Walliæ.*
* *A Brucio ortum eſt Stuartorū genus.*

Con-

Conſolatio.

Vnde tuæ lachrymæ?(mea *Magdalena*)ſed vnde
 Vnguentum hoc, Chriſtum me ſepelire tuum?
Vnctus ſum ad melius regnũ quàm terra dediſſet;
 Nec mea decepit * *ſpes meliora petens.* *Meliora ſpero.
Inq; meo tumulo non ſpes tua tota ſepulta eſt
 En Magno maior CAROLVS ille tuus,

Sors Tua ſorte malâ * *Fas Extrà quærere regna* * Motto Principis in ſorte virginiana.
 Cælicus eſt animus, cælica regna petis:
Credo quòd iſte duos ſoles non ſuſtinet orbis;
 Sol pater eſt, *Phœbus* filius eſſe nequit.

SAM. SMITH: *in Art. Mag.*

Anag.

{HENRICVS STVARTVS WALLIÆ PRINCEPS.
{*En natus præcipuus, literis clarus.*

CRedo vos (Parcæ) nimìs eſſe ſævas,
Et puto Mortem iaculum vibrare
Aureum, credo Puerum ſagittam
 Mittere Nigram:

Natus hinc fit *Præcipuus* IACOBI
Litteris clarus gelidum cadaver,
Quum ſenex alter Proculeius eſſet,
 Neſtor & alter.

{HENRICVS STEVARTVS WALLIÆ PRINCEPS.
{*Iuvenis alteratus, hinc puer clarus ſpe.*

Sydus, dolendum eſt, fulgidum eclipſin pati,
Iuvenem perire dura res; prodeſt tamen,

Quòd *Alteratus* infimos liquit locos,
Altèq; ratus Hic vivit æternùm Deo.
Quin ergò raptum flere nolite ampliùs,
Cum *Clarus hinc ſpe* linquitur nobis *Puer.*

N A. G Y. *Mag. Art.*

Threnodi[a] Magdalenenſ[is].

QVis flendi miſeris eſt amor? En redit
Ad luctus, lachrymis pluribus en genas
Magdalena rigat, nec
Mærorem imminuit dies.
Privatos gemitus Publica non vorent:
Conatus dolor hic deſpicit Æmulos;
Prorumpet magè tantò
Quantò comprimitur magìs.
Ecquis Iuſta vetat ſolvere *Principi*?
Vſq; ac vſq; vetet, ſolvimus: & quoad
Vita hæc noſtra manebit,
Solvemus memores piè.
Quid? num quem Domus hæc ceperat Hoſpitem,
Functum ſi Domus hæc plus reliquis fleat,
Num (vel Iudice Momo)
Vlla hìc vafricies erit?
Quin ponat modò lugubria vulgus, &
Pompis abſtineat funebribus: Dolor
Noſter nunc loquitur, nos
Has flendi petimus vices.
Quin tu, Magne Pater, deſine luctuum;
Serva Te populo, & Muneribus tuis:
Soli, pace tuâ, nos
Has flendi petimus vices.

Quin

Quin, Regina, modum queſtibus impera;
Suſpenſas oculis quin cohibe Soror,
Et Frater lachrymas: nos
Has flendi petimus vices.
Ille ô, qui adſcierat nos *Sibi*, qui *Suos*,
Nos, noſtramq; Domum qui aſſeruit *Suam*
Ille, Ille occubuit. Quæ
Damno huic, quæ lachrymæ pares?
O charum caput! ô irreparabilis
Iáctura! vt memorem, quo Cyathum die
Præ libavit in Aulâ hîc,
Nobis ſemi-ſodalibus?
Cænam illam vt memorem, quæ genialior
Eius viſa fuit diſcubitu? Feræ
Quæ pòſt tergora dono
Nobis pinguia contulit?
O ſpes, ô Amor! Haud ampliùs hæc erunt,
Haud! Author perijt, ſpes, Amor omnium
Noſtrûm! nec redeat nunc
Vanæ ſanguis Imagini.
Atrox, non miſerum hoc: Attonitum ſtupet
Cor noſtrum. ô lachrymæ! ô

Ad IACOBVM Regem
Παραμυθητικόν

Sit licet omnis homo non Princeps; eſt homo Princeps
Omnis: & iſta, ferunt, vox tua, *Magne*, fuit.
Heu! ſuper alterius mallem prolata fuiſſet,
Quàm ſuper HENRICI, vox ea, morte Tui.

Quin modò ſoletur Tua Te vox: *Eſt homo Princeps*
Omnis, & humani nil ſibi abeſſe putet.

Chronogramma Magdalenenſium. In obitum
HENRICI *Principis. Anno Dom.* 1612.
EXCIDIM'.

P rô ſpes quàm vana! *EXCIDIM'*; columenq; Iehova H
R erum noſtrarum ſubduxit . Vt excidit alt E
I nvecto flammis, curruque, ac laxa Prophete N
N ec ſat cincta humeris liquit toga: Sic quoque, Terro R
C ùm cælo acccelerat *Princeps* , devergimus ipſ I
E *XCIDIMuſq*, humeris in humum. Quò ſic, precor, ô ſi C
P rolapſos Alter tollat qui proximus ort V
S uſtulit Eliæ exuvias velut Alter Elia S

DELLIVERANTIVS WILTON: *Art, Mag.*

Epitaphium.

Huius ſepulchri ſaxa marmorei videns,
Si non cor habeas ipſe marmoreum, *geme*:
Sic *gemitus* vrnam plurimus plangat tuam,
Poſcatq; lachrymas vnicum hoc ſaxum tuas.
Vides, vt ipſo mortuo HENRICO vigor
Splendeat? hic oris, corporis hic habitus fuit;
Juvenile talis fronte radiavit decor:
Ars ſi valeret Mentis effigiem dare,
Huic *Mauſolëus* cederet buſto labor.
Cecidit in herbâ: Quiſquis Hunc *iuvenem* gemis,
Tibi hoc vovebo, Te tui gemant *ſenem*.

Pro-

Proſopopœia Principis ad ſuos.

Quid Mihi conſtruitis *Phario* de marmore buſtum
Angliaci? Nobis non placet iſtud opus.
Mœſta Meo tumulo quid threna paratis Alumni
Wainfleti? nimium eſt officioſus amor.
Siſtite vtriq; : labor Mihi non ſapit iſte, nec ille;
Non Ego ſic cineres mando jacere meos.
Angle *tuum* tumulus ſit *cor*; titulus ſiet iſte;
HENRICVS Princeps Mortuus *Hic* Situs eſt.

ACCEP. FREWEN *in Art. Mag.*

HEröas NIGRVM dum cogito, CORq; Leonis,
Virtutes *Princeps* cogito, Magne, Tuas:
Nunc non Parcarum fuſos, ſed ſtamina dicas,
Tantùm impar alijs, quòd tibi vita brevis.
Inde LEONINO eſt Cyprus, tibi nota cupreſſus,
Et NIGRVM referens factus es Ipſe *niger*.
"Hoc Ithacus velit, & magno mercentur Atridæ,
Hoc expectârint Papa, popæq; diu:
Euge, HENRICE, tamen; nam Tu pro Principe Rex es,
Et pro terrenis cælica regna capis:
Ædibus in Chriſti tutò, æternùmq; manebis,
Nullaq; Te livens efferet invidia.

IOHANNES HVLL *in Art. Mag.*

SCilicet hoc vnum miſeris reſtabat: vt Ipſe
Cujus ab exitio nunc imminet exitus orbi;
(Vt qui vivus erat vita ex qua viveret orbis)
Vno ſic ictu *vitâ* privetur, & *orbe*?

Quid fer a Mors inſtas? quid adhuc tua tela minaris?
Hæc ſunt Regalis jam tertia funera Prolis.
At ſi tantus amor cædis; dic optima quæq;
Improba cur primò rapias, peiora relinquens?
Non ſatis eſſe putas *Homines* de plebe togatâ
Tollere, quin terræ tangat tua *Numina* virtus?
Cauſa patet: terra eſt *Iſtis* indigna: nec *illi*
Digni qui cœlum teneant: hinc jure negatur
Terreus his *locus*, & fœlix his *Cælica ſedes*.

Romula gens creſcas: *Tabes* nam veſtra futurus
Qui fuit, annoſum *Tabuit* ante diem.
Voſq; inconcuſſi *Turcæ* conſiſtite: veſtrûm
Quæ regnum quateret languida *Febris* obit.
Dumq; graves lachrymas Ridet pars magna Britannûm,
Inverſâ, riſus vos vice Flete, leves.
Nec tamen inſani, totos dimittite luctus:
Omnis lætitia eſt, orbe dolente, nefas.
Sed nec navis adhuc ſecurâ naviget aurâ:
Stemmate de Regis, Filius alter adeſt:
Qui CAROLVS cum ſit, Turcas ſubvertat: & Idem,
IACOBI proles, Dogmata (Papa) tua.

ROB. HITCHCOCKE *in Art. Mag.*

In obitum sereniſs: Walliæ Principis, &c.

CVr laniat tantis ſe *Magdalena* querelis?
Turbaq; *Wainfleti* ſic, ſtupefacta, gemit?
HENRICVM deflet: dolet occubuiſſe Patronum
Mœſta ſuum. Tanti *Principis* Jlla Domus,

Et

Et ſedes dilecta fuit; quam ſæpè beavit
Verbis,& votis,muneribuſq; Suis.
Dixerat Ille *Suos*,nos : & *Sua*, noſtra vocabat
Tecta : *Suas* Muſas : Is quoq; Noſter erat :
Vna Domus felix. Jllo moriente,tremiſcit,
Et magnâ de ſpe decidit vna Domus.
Sed decus æternum eſt,nos talem habuiſſe Patronũ:
Præſenti ſupereſt hæc medicina malo.

{HENRICVS STVARTIVS.
{*Satur, hinc es iturus.*

Ad HENRICVM *Principem.*

Tantùm *Hinc iturus* chare,ſi, *Princeps*,fores
Eſſet querelis forſitan noſtris modus.
Nam ſpes ſalutis aliqua reſtaret Tuæ.
Graviora multò fata nos vrgent, premunt :
Et creſcit ingens, *Hinc* quòd abijſti, dolor.
Juvenis peribas; triſte : nec juvenis tamen:
Virtute namq; præditus multâ, *Satur*
Certè dierum moreris, & verè ſenex.
Sed Rex futurus occidis : quin Rex tamen,
Satur potentis imperî; tantum Tuâ
Qui mente populum viceras;qui tot plagas.
Optate *Princeps*,ſic Tibi vivens ſatis,
Heu(quàm dolemus) *Hinc iturus es* petis
Cœleſte regnum; lætus aſcendis polum,
Favoris & nunc vivis æterni *Satur*.

Ad Regem JACOBVM.

E terrâ *Canaan* JACOBI Filius olim
Jbat in *Ægyptum* : quem tandem eſt ipſe ſequutus.
Contrà;ex Ægypto Canaan tranſmigrat in altam
Rex(JACOBE) Tuus promiſſam Filius oram.
Illum,ſed ſerus,poſt ſecula multa,ſequaris :
Seraq; Progenies,victo *Pharaone*,ſequatur.

A. WARTERS *in Art. Mag.*

VOx populi eſt:numero gaudet Deus impare: ſictum:
JACOBI ſobolem cur jubet eſſe parem?
Quarta fuit Proles : correpta eſt vltima,prima;
Parte hîc à primâ diſcrepat ima nihil :
Æquale æquali tollas : æqualia reſtant :
Vna vni reliqua eſt,facta Puella,Mari.
Scilicet : à ſceptro Jovis & qui ſtemmate nati,
Terrarum Dominos,Semideoſq; vocant.
Ergo,JACOBE,ſies cum quaternarius : altra
Pars agit in terrâ,pars Tui & altra polo.
Hic ac Illa Tuo lætatur ſanguine : cœlum
Extremo;medio ſed magè terra Tui.

EDOVARDVS BLVNT *in Art. Mag.*

Epicedion.

COnqueror hoc vnum,tellus ingrata quòd eſſet,
Principe pro tanto, nec ſit mihi vera fatenti
Hîc pudor,heu totus perijt, cùm perditur orbis!
Morte Tua *natura parens* peritura docebit,

Quam

Quam breve tempus habent ſpecimen paritura vigore;
Teſtor triſte Tuum,(*Princeps radiate*)feretrum,
Tendis ad Occaſum,radijs cùm plenus ad Ortum;
Invida fatorum ſeries! cùm gemma Roſarum
Heu;nimium properè,fatorum ſtamine fuſo,
Intercepta jaces;quòd ſi Tibi fata dediſſent,
Maiores in luce moras,ſolus *Mahometi*
Inde *Papa* poteras,bullantis hydropa crumenæ
Soluere,divulſi compeſcens diſſona mundi;
O vtinam numeroſa foret pro funere tanto
Turcarum Soboles:& quicquid veſcitur agris,
Cujus arenoſas *Tigris* præterfluit oras.
Sed vetuere *Dea*,*ſuperi* vètuere, ſuperſtes
Ne nova venturo ſurgat ſpes altera ſeclo,
Ne nova nutrici ſurgat ſpes altera noſtræ.
Vos,ego,vos teſtor chari nutricis alumni,
Non ſpes veſtra fuit? num non fuit anchora, Noſtram
Quæ toties firmam iuſſit conſiſtere navem?
Sed nimium vulgata loquor,Tua ſemina laudum,
Atq; tuos ſtimulos virtutis,conſcia famæ
Tantæ,noſtra domus,longum diffundet in ævum.
Hæc etenim tanti præclarum pignus amoris
Non ſenſiſſe ſemel fertur,ſed flumine largo,
Quod de Te fluxit,bibulas madefecit arenas.
Haud alitèr quàm cùm tellus viduata liquore,
Aret,& obductis rimis vitiata,fatiſcit,
Expectans *Lunæ* creſcentis vt irriget humor.
Hoc pro tot meritis ſolum ſe poſſe fatetur,
Et lachrymis turbare genas,luctuq; frequenti,
Perpetuum gratæ mentis, præſtare dolorem,
Plura quidem(fateor) debet monumenta doloris.

 Et

Et præſtare quidem voluit, monumenta doloris
Plura ſui; ſed poſſe ſuum, non velle negatur.
At ſpes nunc ſine ſpe; cecidiſti *maxime Princeps*,
Nobilius quo nil produxit terra, nec vnquam
Producet, quamvis *Saturni* ſecla redirent,
Et cudant quæcunq; vident, potiore metallo:
Sed nunc (quod potuit) rapuit fortuna cadaver:
Fama manet, nomenq; Tuum, ſemperq; manebit
Gloria tanta Tui; quam non poſtrema tacebunt
Secla, nec obſcurâ rapiet ſub nube vetuſtas.

Epitaphium.

Adſta viator quiſquis hoc calcas ſolum
Solenne; tanti Principis corpus tegens;
Quod ſi videbunt *Zöilus, Livor, Furor,*
Hæc verba fari (voce nolenti licet)
  Suadebit ipſa Veritas:
  Hic *Alpha* Principum jacet.

Quàm benè tanta Tuæ quadrant *Inſignia* Menti,
  Quàm benè cum *Plumis*, Mens Tua juncta Tuis:
Non Illam, maculæ, ſordes, turpesve lituræ,
  Inficiunt; *Plumas* nec magis illa Tuas.
Quis neſcit graciles plumas, volitare per auras,
  Perq; auras mentem quis negat ire Tuam?
Ergo age; cum Plumis tanta eſt concordia Mentis,
  Plumas, ad Mentem, quis negat eſſe Tuam.

MICHAEL OLDISWORTH *in Art. Bacc.*

In.

INduperatores narret *Gangetica* tellus,
Res geſtas olim *Perſia* tota ferat:
Prodeat in ſcenam reſonans *Mahometica proles*
Cum *Baiazetis* magna Trophæa Ducum:
De tot conſulibus iactet (nec *Scipio* deſit)
Roma, nec HENRICO Roma parem dederit:
De tot *Cæſaribus*, *Titusq́*; reſurgat in illis,
Deliciæ humanæ gentis, & orbis amor:
Romanis Graios olim qui contulit, adſit,
Exempla annales omnia ſuppeditent:
Par tibi (*Cæſar*) *Alexander*; tibi (*Romule*) *Theſeus*;
Iuſtus *Ariſtides* parq́; *Catonis* erat.
Par nemo *Errico*, moritur ſine compare, quærat
Alciden comitem cum *Iove*, terra negat.

Ελπὶς Βρεττάννων, τοῦ Υπερβορέου Πόλου
Φαεινὸν ἄστρον, ἀγαυῶν Ἀνδρῶν ἄνερ,
Βίον παρέργως ὃς ἐξετίνησας βροτοῦ,
Πάντας γέροντας, καὶ νέους πάντας νέος,
Αρχὰς ἀγηνορέας τε θυμοῦ ἀνδρείου.
Τούτων δὲ πᾶσιν ἐμφανῆ τεκμήρια
Νέος ἔδωκας, ὥστε θαυμάζειν χθονὸς
Φήμην ἄνακτας, καὶ τειπλῶν βρύχειν κάρα
Ρώμης ὀδόντας, νῦν δὲ πάντ' ὀλώλασι.
Τίς τῶν θεῶν παρεῦσι φθονέων πράγμασι,
Κηρῶν τι δυσχερῶν σ' ἂν ἐξαφείλετο,
Θρήνους, γόους τε ὥστ' ἀναρίθμους ἐμματεύεις
Η μὲν δὲ κόσμος σοῦ ὁ ἦν ἀνάξιος,
Η οὕνεκ' Ἀγγλικῶν ἀμαρτιῶν τέος
Οὐρανὸν ἐσῆλθες μὴ ἰδὼν ἦμαρ κακὸν,
Ὁπῶθεν ἡμετέροις ἐλευσόμενον χρόνοις.
Ἐστιν ἄρ' ἀληθὲς τοῦ Σοφοκλέους ἔπος·
Ὡς ἡμέρα κλίνει τε, κἀνάγει πάλιν.

Ἅπαντα τἀνθρώπεια· τοὺς δὲ σώφρονας
Θεοὶ φιλοῦσι, καὶ στυγοῦσι τοὺς κακούς.

Μαγδαληνῆς
Θρηνῳδία.

Τίς ἂν δ' ἐμοῖς τοῖς ὄμμασι
Γόων ἐπαύσ' ἀπορρόην,
Ἀειθμὸν ἠδ' ἀνάει θυμόν,
Τῶν δακρύων κρήνην φέρων;
Ὅπως πάλιν τὸν φίλτατον
Ἀρχὸν θανόντα κλαύσομαι;
Πρὸς Κυρίου μνημεῖον
Ἀλγοῦσα, καὶ λυπουμένη,
Πάλαι δὲ Μαγδαληνικὴ
Μαρία ἐγκαθίζετο,
Καὶ εἶχεν οὐδὲ φάρμακον
Δοθὲν μόνοις ἐν ἄλγεσι.
Δεινὰς δὲ νῦν τὰς συμφορὰς
Πολλοῖσι κλαίει δάκρυσι,
Καὶ δεύτερον πλουτίζεται
Θρήνων γόοισι κύμασι.
Φωνὰς δὲ τὰς εἰς αἰθέρα
Οὕτω λυπηθεῖσ' ἐρεύγεται.
Ἀρχὸν τὸν ἐμὸν ἀπώλεσα,
Οἴκου τ' ἐμοῦ ἡγέτορα,
Ὅσπερ τόδε εὐσθενῆ,
Καὶ ἐλπίδων ἐμῶν μόνον
Ἐν δυσμενοῦς ἕρκος τύχῃ.
Οὐκ οὐδὲν ἐστὶ τοῦτ' ἄχος,
Καὶ εἰς ἐμοῦ σπλάγχν' ἔρχεται.
Ἔνδον τε ἔθιγεν μύελον.
Οὗτος δ' ὁ Μαγδαληνικὸς
Ὄλωλε τέρψις ἀνέρων.
Ἐρρῖκος Ἀρχὸς Ἀγγλικός,
Ὄλωλεν ὄζος Ἄρεος,
Ἐν ᾧ ἅπαντ' ὀλώλασι,
Πάντες τε Μαγδαληνικοί.

Ma-

Παράκλησις.

Τίς ὦρσε ταῦτα δάκρυα;
Τίς ἤγειρε θρηνητικὸν
Αὖξαι καλεύων, ὕποτε;
Ἔρροιτε δεινʼ Ἐριννύες,
Πάρεστʼ ἐραννὰ Χάριτες,
Μοῦσαί τε πάσαις σὺν θεαῖς.
Μέγιστον ἄλγος ἔχομεν,
Ἡμεῖς τε δὴν ἠλγήσομεν.
Αὐτὰρ φαεινὸς Ἥλιος
Ἔλαμψεν ἡμῶν δύστηνον,
Ἄγγελλεν ἠδὲ φωσφόρος,
Τέρψιν τε τῶν Βρεταννικῶν
Ἀνδρῶν ἔδωκα κλίμασιν.
Ὡς οὐ χαμᾶζε πίπτομεν
Ὅλως ἀνέλπιστοι, τέλος
Εἷς γάρ γε δυοῖν ΧΑΡΟΛΟΣ
Τοσοῦδε παιδὸς, καὶ συμφορεῖσε.
Μαραίνεται δὲ πνεύματα
Καὶ ἀλλαχοῦ, μένεται
Μέγιστος ἔτος ΧΑΡΟΛΟΣ.
Εἰς στῆθι Μαγδαληνικὰ
Κοῦρη μέλαθρα οἴσεται
Φῶς βάλλετον, καὶ δεύτερον
Σῶν ἔσεται καλὸς δέμων.
ΕΡΡΙΚΟΣ ἔσαι δύστηνος
Νόφλε, καὶ τοῖς φραδμοσι,
Ἀγγλων τε περίφρονες ἀφέρων,
Κόσμος τε τῶν Μαθημάτων.
Δήμοσιεν ἐν Βρεταννικοῖς
Κληθήσεται ὄζος Ἄρεος.
Χάρις τε λαῶν ΧΑΡΟΛΟΣ.
Ἐν ᾧ ἅπαντʼ ἀνθήσεται,
Πάντες τε Μαγδαληνικοί.

SAM. BERNARD in Art. Bacc.

Sicut Naturæ ſic Morum vita, calorem
Humoremq;, bono poſcit vtrumq; ſuo.
Officij juſtum non præſtitit ille calorem
Viventi (Princeps imperioſe) Tibi,
Qui non de madidis lachrymas effundit ocellis
Defuncti vt poſſit membra rigare, ſuis.

Io. West *Baronis Filius: Socius Coll.*

Dialogus inter Pallada & Mortem,

P. Gnata Jovis dicor, belli Dea bella; trementem
Ægida ſum quoties dicta tenere manu.
Dicta, ſed incaſſum; noſtrum nam vicit alumnum
Mors, Mors: M. quid geminas me? P. me' ille cadet
Quem gremio fovi? M. lachrymis deſiſte. P. ſed audi,
O phlegetontęis quæ caput orta vadis,
Hunc rapis? M. Omne auimal. P. Fugies Proſerpina nullum
Sæua caput? M Nolo, ſum Dea. P. dira Dea.
M Siſte precor Pallas gemitus, ſuſpiria; vitam
Huic licet eripiam, qui dabit, alter erit.
P. At rapis ante diem. M. Citiùs meliore fruetur
Hic vitâ? P. Vivit? M. Cum Jove vivit. P. abi.
Comprimo jam luctus, fundo pro carmine votum,
Et tibi pro lacrymis (Iupiter alme) preces.
Qui pater hujus eras, Caroli ſis & pater, opto,
Sic fueram nutrix Hujus, & Hujus ero.

Num ſequeris famam, num Te tua fama ſequatur
Neſcio; pro certo eſt, Æthera vtrumq; tenent.

Ad Principem

Sub Patre Tu patriæ dum vixti, ſceptra gerebas:
Mortuus ó patriæ ſub *Patre* ſceptra geris!

NIC. HALSWELL.

Ηδυμελεῖς Μοῦσαι, κοῦραι Διὸς, ἁρπάσασαι
Δεῦτέ μοι ἐξ Ἑλικῶνος, ὃ γ' [illegible] πένθος δὲ
ΕΡΡΙΚΟΝ, ἡμετέρας προφερέστατον ἔρνος ἀρούρας
Κλεινοῦ μὲν γεγαῶτα πατρὸς, κλεινῆς δέ τε μητρὸς,
Κλεινῶν τε προγόνων, ξυμπάντων ἔξοχ' ἄριστον,
Ξυμπάντων τιμὴν βασιληΐδα αἰὲν ἀχθέντων.
Καὶ γὰρ ΙΑΚΩΒΟΥ Μεγαλωνύμου εὐχετάασθαι
Υἱὸς, Βρεττανικῆς ὃς νῦν πέλε κοίρανος αἴης.
Αὐτὰρ πρωτοτόκος κεῖνον βασίλεια λόχευσε
ΑΝΝΑ ἀειθαλέεσσιν ἀγαλλομένη χαρίτεσσι.
Οὐδέ γε τοῖος [illegible]
Ἀλλὰ καὶ εὐσεβίῃ καὶ σωφροσύνῃ [illegible] τε
Σώματος εἴδεϊ τε, καὶ συνετῇ μάλιστ' ἀλκῇ,
Ἀγλαΐῃ τ' ὄλβῳ, [illegible] καὶ χρήμασι σύμπαν,
Καὶ παλαμῶν ἔργοις, δημηγορίαις τε σὺν αὐτῷ,
Παντοίης τ' ἀρετῆς ἐν' ὁμήλικας [illegible].
Τί πρῶτον, τί δ' ἔπειτα, [illegible];
Οὐκ ἂν πάντ' ἐγὼ [illegible]
Θείαις μὲν [illegible] ἔχειν [illegible] θυμὸν,
Εὐδικίῃ δ' αἰδοῖ μεθέπειν, καὶ νόμοις τε θέμιστας,
Ἀρχομένοις [illegible], δίκας δ' ἀτίζειν,
Παμπολάβους [illegible], κακολαίμων ὅμιλον,
Χρηστοὺς δ' [illegible], καὶ ἀμύμονας ἀμφαγαπάζειν.
Χρηστοὺς μὲν [illegible], ἐν δὲ μάλιστα
Ἄνδρας ἀοιδοπόλους, Μουσῶν [illegible] ἱερὰ.
Τούτων δ' [illegible] ἔχε [illegible] ἐγέραιρε,
Τιμὴν τ' [illegible] πλὴν [illegible], καὶ [illegible].
Ἀλλ' οὐ ταῦτά γε [illegible] ὄλεθρον,
Ὁππότε βλῆτο [illegible] βελέμνοις.
Ἀλλὰ καὶ [illegible] γλυκερὸν φάος [illegible]

Exemplar juvenũ, mundi ſtupor, Angligenûm Spes,
  Cujus & in lingua mellea Suada fuit:
Formido Papæ, Ieſuitis terror, & enſis
  Gloria, belligeris hoſtibus hoſtis obit.
Siccine? quantumvis cineres capit Vrnula, laudes
  Illius haud capiunt Sydera, Veſta, Thetis.

HENRICO quamvis nil proſum fletibus; at me
  Flere juvat, proſum, quòd lachrymando nihil.

Si modò frons animi eſt index, geſtiſq; latentis,
  Externis ſignis, ſi interiora patent,
Quàm divina fuit Mentis tibi fabrica; præſtans
  Indicat effigies corporis ipſe Tui.

THO. FOX *in Art. Bacc.*

Aliud.

HENRICVS STEVARTVS.
Hic ruens, verſu ſtat.

Ruis beatus fateor, haud ruis miſer:
  In cælica ruis regna, non peris, *ruens*.
  Nomen perenne verſibus ſtabit pijs,
Longos, breveſue dum pedes verſus habent.
Cum *Magdalena*, corporis Tui nequit,
Pergit lavare verſuum, lachrymis, pedes.

Magdalena Principi.

Immemor officij, fari nimis immemor eſſe
  Ipſa Tui videar, carmina ſera ſerens.

Sera licet, veri ſunt ſymbola mæſta doloris.
Scis voluiſſe priùs, metra dediſſe priùs.

Tu *Martialis* omine ſiniſtro, vocas
Charos patronos ſæpe *delicias breves*.
Obſcæna loqueris nunc; jocoſa dein: dein
Triſtia; nimis, proh vera, perpetuò nimis.

IOHANNES ELES *in Art. Bacc.*

De die Solis quo ægrotare cœpit Princeps.

SOli ſacra dies quòd erat, Soli ſibi nulla
Ægrè fert; ſibimet morte ſacratq; diem.

De die veneris quo obijt.

Iſte dies veneris: comes eſt Venus vnica ſolis:
Morte & anaſtaſiâ feſtus vterq; dies.

De die lunæ quo ſepultus eſt.

Intulit eclipſin noſtro luna invida Soli
Totalis nunquam Solis eclipſis erat.
Terrea pars igitur terrena, involvitur vmbra
Cœleſtis ſaluo lumine clara micat.

Infinita fuit laus Principis: omnia dixi:
Infinita fuit, non capit ergo metrum.

Ad mæſtos Britones conſolatorium.

Amplius invideas nolim Mihi gaudia cœli
Immodicis iſtis fletibus (Angle) tuis:

Vino

Ἄπαντα τἀνθρώπεια· τοὺς δ' ἀνδρείους
Θεοὶ φιλοῦσι, καὶ στυγοῦσι τοὺς κακούς.

Μαγδαληνῆς
Θρηνῳδία.

Τίς ἂν δ' ἐμοῖς τοῖς ὄμμασι
Γόων ἐπαῖσ' ἀπόῤῥουν,
Ἀριθμὸν ἠδ' ἄνθει θυμοῦ,
Τῶν δακρύων κρήνην φέρων;
Ὅπως πάλιν τὸ φίλτατον
Ἀρχὸν θανόντα κλαύσομαι;
Πρὸς Κυρίου μνημεῖον
Ἀλγοῦσα, καὶ λυπουμένη.
Πάλαι δὲ Μαγδαληνικὴ
Μαρία ἐγκαθίζετο,
Καὶ εἶχεν οὐδὲ φάρμακον
Δοθὲν μόνοις ἐν ἄλγεσι.
Δεινὰς δὲ νῦν τὰς συμφορὰς
Πολλοῖσι κλαίει δάκρυσι,
Καὶ δεύτερον πλουτίζεται
Θρήνων γόοντα κύματα.
Φωνὰς δὲ τὰς εἰς αἰθέρα
Οὕτω λυποῦσ' ἐρεύγεται.
Ἀρχοντ' ἐμοῦ ἀπώλεσα,
Οἶκόν τ' ἐμοῦ εὐδέντερα,
Ὅπερ τόδε ὄνομα θανῶν,
Καὶ ἐλπίδων ἐμῶν μόνον
Ἐν δυσμενεῖ ὄρκος τύχῃ.
Οὐκ οἶδεν ἐστὶ τοῦτ' ἄχος,
Καὶ εἰς ἐμοῦ σπλάγχν' ἔρχεται.
Ἔνθεν τὸ ἔθνος μάκελον.
Οὗτος δ' ὁ Μαγδαληνικὸς
Ὄλωλε τέρψεως ἀνέρων.
Ἐῤῥῖκος Ἀρχὸς Ἀγγλικὸς,
Ὀλωλεν ἔξοχος Ἀρέως,
Ἐν ᾧ ἅπαντ' ὀλώλασι,
Πάντες τε Μαγδαληνικοί.

Πα-

Παράκλησις.

Τίς ὦρσε ταῦτα δάκρυα;
Τίς ἵμερον θρηνητικὸν
Αὖξαι κελεύων ὕποτε;
Ἐγείρετε δεινὰς Ἐριννύας,
Πάρος τ' ἐρασταὶ Χάριτες,
Μούσαις δὲ τῇ πάσαις σὺν θεαῖς.
Μέγιστον ἄλγος ἴσχομεν,
Ἡμῖν ἐπεὶ δὴ ὠλίσθομεν.
Αὐτὰρ φαεινὸς Ἥλιος
Ἔλαμψεν ἡμῖν δεύτερον,
Ἀνέτειλεν ἤδη φωσφόρος,
Τέρψειν τε τῶν Βρετανικῶν
Ἀνδρῶν ἔδωκε κλίμασιν.
Ὡς οὐ χαμαὶ ζεῖ πίπτομεν
Ὅλως ἀνέλπιστοι, τέλος
Εἷς γὰρ γε δύο οὐ ΧΑΡΟΛΟΣ
Τοσοῦτοι μᾶλλον, καὶ συμφορᾶς τε
Μεμάθηται δὲ πράγματα
Ἐκ δ' ἀδελφοῦ, κάθηται
Μέγιστος ἔτος ΧΑΡΟΛΟΣ.
Εἰς σῶν Μαγδαληνικῶν
Κόρη μέλαθρα οἴσεται
Φῶς φίλτατον, καὶ δεύτερον
Σῶν ἔσεται κῦδος δήμων.
ΕΡΡΙΚΟΣ ἔσαι δεύτερος
Νέφιτε, καὶ τοῖς προάσμασι,
Ἀγγλικῶν τε τρίπλεως ἀφέρων,
Κόσμος τε τῶν Μαθημάτων.
Δήμοισιν ἐν Βρετανικοῖς
Κληθήσεται ὄζος Ἄρεος.
Χαίρεις τε λαῶν ΧΑΡΟΛΟΣ.
Ἐν ᾧ ἅπαντ' ἐνθήσεται,
Πάντες τε Μαγδαληνικοί.

SAM. BERNARD in Art. Bacc.

SIcut Naturæ ſic Morum vita, calorem
Humoremq;, bono poſcit vtrumq; ſuo.
Officij juſtum non præſtitit ille calorem
Viventi (Princeps imperioſe) Tibi,
Qui non de madidis lachrymas effundit ocellis
Defuncti vt poſſit membra rigare, ſuis.

IO. WEST *Baronis Filius: Socius Coll.*

Dialogus inter Pallada & Mortem,

P. GNata Jovis dicor, belli Dea bella; trementem
Ægida ſum quoties dicta tenere manu.
Dicta, ſed incaſſùm; noſtrum nam vicit alumnum
Mors, Mors: M. quid geminas me? P. me' ille cadet
Quem gremio fovi? M. lachrymis deſiſte. P. ſed audi,
O phlegetontæis quæ caput orta vadis,
Hunc rapis? M. Omne animal. P. Fugies Proſerpina nullum
Sæua caput? M Nolo, ſum Dea. P. dira Dea.
M Siſte precor Pallas gemitus, ſuſpiria; vitam
Huic licet eripiam, qui dabit, alter erit.
P. At rapis ante diem. M. Citiùs meliore fruetur
Hic vitâ? P. Vivit? M. Cum Jove vivit. P. abi.
Comprimo jam luctus, fundo pro carmine votum,
Et tibi pro lacrymis (Iupiter alme) preces.
Qui pater hujus eras, Caroli ſis & pater, opto,
Sic fueram nutrix Hujus, & Hujus ero.

Num ſequeris famam, num Te tua fama ſequatur
Neſcio; pro certo eſt, Æthera vtrumq; tenent.

Sub

Ad Principem

Sub Patre Tu patriæ dum vixti, ſceptra gerebas:
Mortuus ó patriæ ſub *Patre* ſceptra geris!

NIC. HALSWELL.

Ἡδυμελεῖς Μοῦσαι, κοῦραι Διὸς, ἀρτιέπειαι
Δεῦτέ μοι ἐξ Ἑλικῶνος, ὁ γὰρ κλυτὸν [illegible]
ΕΡΡΙΚΟΝ, ἡμετέρας περιφερέστατον ἔρνος ἀρούρας·
Κλεινοῦ μὲν γεγαῶτα πατρὸς, κλεινῆς δέ τε μητρὸς,
Κλεινῶν τε προγόνων, ξυμπάντων ἔξοχ' ἄριστον,
Ξυμπάντων τιμὴν βασιλῆϊδα αἰὲν ἔχοντα.
Καὶ γὰρ ΙΑΚΩΒΟΥ Μεγαλωνύμου εὐχετάασθαι
Υἱὸς, Βρεττανικῆς δὲ νῦν πέλε κοίρανος αἴης.
Αὐτὰρ [illegible] κεῖνον βασίλισσα λόχευσε
ΑΝΝΑ ἀειθαλέεσσιν ἀγαλλομένη χαρίτεσσι.
Οὐδέ γε τοῖος [illegible]
Ἀλλὰ καὶ εὐσεβίῃ καὶ σωφροσύνῃ [illegible] τε
Σώματος ἠδὲ βίῃ, καὶ ψυχῆς μένεος ἀλκῇ,
Ἀγλαΐῃ τ' εἴδους, μαθήσει καὶ χρήμασι σεμνῷ,
Καὶ πολεμοῦ ἔργοισι, δημηγορίαις τε αὐτῷ,
Παντοίης τ' ἀρετῆς ὅγ' [illegible]
Τί πρῶτον, τί δ' ἔπειτα [illegible], τί ὑστάτιον [illegible];
Οὐκ ἂν πάντα γ' ἐγὼ τούτου [illegible]
Θείαις μὲν σελίδεσσιν ἔχειν [illegible] θυμὸν,
Εὐδικίην δ' αἰνεῖν μεθέπειν, καὶ δίκας τε θέμιστας,
Ἀρχομένοις ὀλίγοις οἰκτρεῖν, δυνατοὺς δ' ἀτίζειν,
Παμπολλὰς δ' ἀρετὰς συνάγειν ὁλοὰς, κακοδαίμον' ὅμιλον,
Χρηστοὺς δ' ἐνδυκέως, καὶ ἀμύμονας ἀμφαγαπάζειν.
Χρηστοὺς μὲν πέρι πάντας ἐφίλατο, ἐν δὲ μάλιστα
Ἄνδρας ἀοιδοπόλους, Μουσῶν ὑποφήτορας ἱερούς.
Τούτων δ' αὖ σφετέρους ὄχα Μαγδαληνὺς ἐγέραιρε,
Τιμήν τ' αἰνύμενος πλὴν πεῖν, καὶ πλείον' ὀπάσσας.
Ἀλλ' οὐ ταῦτά γε πάνθ' [illegible] λυγρὸν ὄλεθρον,
Ὁππότε βλῆτο δέμας κρυεροῖς νούσοιο βελέμνοις.
Ἀλλὰ καὶ ἤϊθεος γλυκερὸν φάος ἠελίοιο

Κάλλιστον, ὠκύμορός τ' ἀΐδου δόμον εἰσεπέρησε.
Τοὔνεκα Βρεττογόνοις ἔτι μνεία καὶ δὴ ἱερῶνται,
Αἰζηοῖσιν ὁμῶς, καὶ ἀδμήτοισι γέρουσι,
Παισί τε νηπιάχοις, τ' ἀσθενικοῖς ἠδὲ γυναιξὶν,
Τόσσον ἀεὶ πάντεσσιν ἄφυκτα τεθύμμα ῥέξαι.

Πρὸς τὸν νέκυν.

Τίπτε μάτην δίζησθε τοῦ ΘΕΟΕΙΚΕΛΕ πότμου
  Αἴτιον; ὅτι βίᾳ κάτθανες, ὅτι νόσῳ.
Ἀλλ' ὅτι δὴ φιλόδημος ἔης, μεγάλως τ' ἀγέρωχος,
  Αὖθ' ἐπὶ γῆς βίοτον τόνδε λελοιπὼς ἑκών.
Καὶ γὰρ τὸ σκῆπτρον τὸ πατρῷον ὁ πεπλημμένον,
  Αὐτίκα πρὸ μοίρας ἦς πεσὰς ὑψάνιον.

DIcite vos Phyſici; num vivat morte peremptus?
  Aut gaudeat, qui maximè interim dolet?
Quòd jacet HENRICVS, juvenum flos, gloria ſecli;
  Dolemus, vt nulli magis lugubriter.
Quòd vivit CAROLVS, puerum flos, gloria ſecli;
  Gaudemus, vt nulli magis fideliter.
Gaudia ſic luctum, ſic luctus gaudia perfert:
  Neutrum tamen contemperando fit minus.
Scilicet HENRICI nos funere, lumina Phoebi
  Putamus è mundo excidiſſe funditùs:
At CAROLO vivente, eadem nos lumina Phœbi
  Mundo putamus reſtituta denuò.
Ergo cùm *Frater* Tuus in te CAROLE vivat,
  Gaudemus Illum vivere, dolemus mori.

Loquitur Magdalena.

Nil mirum, Lector, mea ſi non culta Camœna;
  Quos daret illa modos, quæ dolet abſq; modo?

Car:

Carmina ſcripſi olim noſtro florente *Patrono*,
Nunc ſatis Henrico eſt illachrimare meo.
Cujus magnificas (raraſq; in Principe) laudes
Nemo tacere poteſt, dicere nemo poteſt.

Johannes Smyth *in Art. Bacc.*

PRincipium luctus eſt finis *Principis*, unde
Jlle dolet verè, qui ſine fine dolet.

Mergitur Oceano lachrymarum cymbula; quid ni?
Occidit Arctoi nam Cynoſura poli.

Horton Sidenham.

Ad Regem.

QVòd primogenitum (nec primò) morte peremptum
Aſpicis, haud metuas: mala non præſagia ſpondent.
Nata minor cecidit, cecidit, poſt, proxima natu:
Ex improviſo ſucceſſit tertia Proles.
Tres cecidére priùs, fateor: Tu quartus, & unus
Rex (ſi fas dictu) ſpero, ſine fine valebis,
Et Te nulla Dies ſurreptum viderit Anglis.

Tho. Dochen *in Art. Bac.*

ET meritò: nam quis vel ſaxo durior ullo,
Vel qui de ſævâ Tygride natus erat
Tẽperet a lachrymis, ſiccos vel geſſet ocellos,
Quũ mala tot nobis undiq; flenda manent?

Exemplar juvenũ, mundi ſtupor, Angligenûm Spes,
Cujus & in lingua mellea Suada fuit:
Formido Papæ, Ieſuitis terror, & enſis
Gloria, belligeris hoſtibus hoſtis obit.
Siccine? quantumvis cineres capit Vrnula, laudes
Illius haud capiunt Sydera, Veſta, Thetis.

Henrico quamvis nil proſim fletibus, at me
Flere juvat, proſum, quòd lachrymando nihil.

Si modò frons animi eſt index, teſtiſq; latentis,
Externis ſignis, ſi interiora patent,
Quàm divina fuit Mentis tibi fabrica; præſtans
Indicat effigies corporis ipſa Tui.

Tho. Fox *in Art. Bacc.*

Anag.

Henricus Stevartus.
Hic ruens, verſu ſtat.

Ruis beatus fateor, haud ruis miſer:
In cælica ruis regna, non peris, *ruens.*
Nomen perenne verſibus ſtabit pijs,
Longos, breveſũe dum pedes verſus habent.
Cum *Magdalena*, corporis Tui nequit,
Pergit lavare verſuum, lachrymis, pedes.

Magdalena Principi.

Immemor officij, fari nimis immemor eſſe
Ipſa Tui videar, carmina ſera ferens.

Sera

Sera licet, veri ſunt ſymbola mæſta doloris.
Scis voluiſſe priùs, metra dediſſe priùs.

Tu *Martialis* omine ſiniſtro, vocas
Charos patronos ſæpe *delicias breves*.
Obſcæna loqueris nunc; jocoſa dein; dein
Triſtia; nimis, proh vera perpetuò nimis.

IOHANNES ELES *in Art. Bacc.*

De die Solis quo ægrotare cæpit Princeps.

SOli ſacra dies quòd erat, Soli ſibi nulla
Ægrè fert; ſibimet morte ſacratq; diem.

De die veneris quo obijt.

Iſte dies veneris: comes eſt Venus vnica ſolis:
Morte & anaſtaſiâ feſtus vterq; dies.

De die lunæ quo ſepultus eſt.

Intulit eclipſin noſtro luna invida Soli
Totalis nunquam Solis eclipſis erat.
Terrea pars igitur terrena involvitur vmbra
Cœleſtis ſaluo lumine clara micat.

Infinita fuit laus Principis: omnia dixi:
Infinita fuit, non capit ergo metrum.

Ad mæſtos Britones conſolatorium.

Amplius invideas nolim Mihi gaudia coeli
Immodicis iſtis fletibus (Angle) tuis:

Vino

Vivo: quid (Angle) doles? dejectas erige plumas,
  Numine vivo Deo, nomine vivo tibi:
Totus vivo tuus, nam totum vivere Noſtrum
  Frater habet (vobis) CAROLVS alter ego,
Ille tibi ſpes vna; Deus ſpes altera regni,
  Qui valet innumerâ prole beare patrem,
Audi firma Dei magni promiſſa, IACOBO;
  Vt ſtellas ſemen multiplicabo tuum.

FRA. WHITE *in Art. Bacc.*

Occubuit Princeps ævi florentibus annis;
Quem vetuit ſupra metas exire juventę
Fatalis Lacheſis, minuit dum ſtamina penſi.
Annos dum numerat Lacheſis, juvenē eſſe putabat;
Credidit eſſe ſenem ſpectat cum puberis ævi
Canitiem: ſic Mors Fallitq;, & fallitur ipſa.
Ergo funeſtâ cinguntur Templa cupreſſu;
Et domus hæc (HENRICE) Tuam perfundit ad vmbram
Funereas lachrymas; nec ſordida ſola querelis
Hæc domus eſt, triſti ſed perſonat Anglia luctu
Tota Tuo, planctuſq; ſuos ad ſydera tollit,
Pro capite abrepto Cambri lacerantq; capillos.
In lachrimas abeunt fontes, ſuſpiria venti;
Et claudunt mutæ verborum flumina muſæ.
Spem patris, patriæq; decus, lumenq; Senatus
Scotia luminibus deplorat mæſta ſepultis.

NICH. RICHARDSON *in Art. Bacc.*

Nunc

Nunc nunc tota cohors nympharum, tota *ſororum*
Turba novenarum, ſapientum tota propago,
Altos corde premant gemitus; ſuſpiria fundant:
Siccine? cur? quoniam Muſarum verus amicus
Regum Mecœnas, Atavorum ſanguine cretus,
Vertitur in cineres (eheu) juvenilibus annis:
Quem licet a nobis rapuit mors certa: manebit
Inclyta fama tamen (nunquam peritura) ſuperſtes.

Quaſſa *Minerva* tremit, plorat, torpedine languet;
Expes, auxilium vix habet vnde petat:
Hinc illæ lachrymæ, *Tu Princeps* artis aſylum,
Vita, columna ſpei, qui ſtupor orbis eras,
Tu cadis exanimis; noſtræ ſenſere medullæ,
Maxima ſpes noſtri Teq; cadente cadit:
Nititur in vetitum Sanctæ mors invida *Muſa*,
Hæc malè dente premit quem vetat illa mori.

Flebile non ſatis eſt carmen, minus apta Camæna,
Quod mea Muſa nequit, mollis ocellus agat:
Des oculum *Polypheme* tuum, des lumina centum
Cuſtos *mitis Io*: ſic mihi gratus eris,
Ipſa velut Nilo terra exundante madeſcat;
Fons oculis, gemitus corde, perennis erit.

Iacobvs Bradshew
in Art. Bac.

Anagramma.

{ HENRICVS STVARTVS IACOBI REGIS FILIVS.
{ *Ibi verus Chriſtianus glorificatus es.*

SOlam inchoavit terra, perfectam dare
Quam ſic cupivit gloriam nequit Tibi.
Par ergo tantis præmium meritis petens
Mutare ſedem, pro ſolo cœlum, libet.
Ibi Chriſtianus verus exultans agis.
Ibiq; glorificatus es. Fas ô ſiet
Nos iam beari, principe ſub iſto, Deo.

GVLIELMVS NICOLSON *in Art. Bacc.*

Magdalenæ *epicedium in mortem ſereniſſimi* Principis Walliæ HENRICI FREDERICI, *Patroni ſui & Domini longè optimi.*

PRincipe Te, turbæ privari triſte togatæ
Omni (HENRICE;) magis ſed mihi triſte tamen.
In me ſincerum primò diffundis honorem,
Quam placuit ſæpe hoc dicere; Me eſſe *tuam.*
Non fuit in terris vivus mihi charior alter,
Cui fueram tanto fœmina grata Viro.
Heu fera Mors ſævo longè truculentior vrſo,
Ergo juvat Domino Me ſpoliare meo?
Nulla mei tangat, tangat te nulla meorum
Cura, quibus miſerum ſic perijſſe ducem.
Improba, crudelis nimiùm mors, cæca, tyrannis,
Quæ ſine delectu carpere cuncta ſoles.
Atq; vale *Princeps*, miſerâ me valle relinquis,
Et ſine me cœli regna beata ſubis.

THOMAS DROPE *in Art. Bacc.*

Quis

QVis pius in terris? quis relligioſus ? in vno
HENRICO pietas, relligioq; perit.
Ecquis Marte potens? Muſarum nunquis alumnus?
(Proh dolor) HENRICO Mars perit, Arsq; perit.
Nos infelices, multos amiſimus Vno
Pollenti multâ relligione viro.

ABRAHAMVS MAN: *in Art. Bacc.*

QVis Te palæſtrâ conſpicatus viribus
Horrenda validæ tela vibrantem manus,
Quatiente terras vngulæ pulſu gravi;
Florem juventæ, Martis invictum minis,
Caſus ferentem quoſlibet quis intuens,
Alis repentinæ necis pernicibus
Fidem dediſſet, corpus auſuræ Tuum
Iaculo tremendo perforare ſaucium,
Ætatis hujus Principum clariſſime?
Subduxit ignes impium æthereâ domo
Audaxq; ad omne facinus Iapeti genus;
Heu fulminantis præmium ſuperbiæ
Succeſſit, alta pectoris ſuſpiria
Non imbibens aheneis Mors auribus,
Æquo tabernas pauperum pulſans pede,
Regumq; turres. Hoc malum miſeri malo
Fato experimur. Solus hoc diſpendium
Vultu procellis libero qui conſpicit,
E rupe natus ſaxeum pectus gerit.
Radio recente Tu tenebras diſcute,
Noctemq; furvam, & lachrymarum nubila
Caliginoſa, qui potes ſolus, Deus.

GVL. BROOKE *in Art. Bac.*

De Principe, quòd nocte cecidit.

QVæris cur voluit latere lucem,
Cur Phœbus voluit venire noctem
Cùm Princeps cecidit? ſoli Britanni
Princeps Sol fuerat. Cadente Sole
Quid terris ſupereſt? graves tenebræ.

GVLIELMVS FOSTER *Equitis fil. nat. max.*

QVantò præ reliquis Muſarum cætibus olim
De veſtro noſtrum lumine lumen erat:
Tantò ex Eclipſi Veſtrâ nunc, Maxime Princeps,
Nobis quàm reliquis officit vmbra magis.
Vmbra Tuos mortis; reliquos tegit vmbra doloris:
Tu fueras Noſter, Nos fuimuſq; Tui.
Communi reliquos; proprio Nos jure tenebas;
Nec lugere Tuis, nec ſupereſſe licet.

AR. GOODWIN *Equitis filius natu maximus.*

Interit HRNRICVS fatali morte: quid inde?
Tàm propè mors vitæ, quàm propè Parca colo.
Vivus eras Princeps; Rex mortuus: aſtra ſepulchro
Sunt tibi: morſq; dedit vivere; vita mori.
VELLE fuit populi Te (Princeps) vivere: at illud
NOLLE tuum: clemens Mors Tibi, ſæva Tuis.

Pro-

Proſopopæia Principis ad CAROLVM *fratrem.*

Anagrammatiſmus.

HENRICVS IACOBI FILIVS PRIMOGENITVS.
Pius vim necis ſufferq: hinc tibi gloria.

Dum pius Ipſe *necis vim ſuffero, gloria* parta eſt
Hinc tibi (mi Frater) quòd mea regna tenes.
Verſus ſum in cineres, mihi ſolùm ſervo *coronam:*
Tu, *Plumas, Phœnix* factus, habeto meas.

THOMAS HEYGATE. *Armig. fil.*

Quæris cur mæſto reſonet clamore Maria?
Cur gemitu? non quòd cecidiſti, pectora luctus
Occupat hic, ſed quòd cecidiſti (Maxime) nobis:
Namq; Tui noſtram capiat licet vrnula partem,
Pars tamen effugiet Libitinam maxima, creſcens
Laude recens, quam non annorum diruet vlla,
Temporis aut ſeries, Momorum aut deniq; livor.

THO. TVTT *Equitis filius.*

Epitaphium.

Doctrinæ columen: Belli tutela: futurus
Deliciæ cœli, Qui fuit ante ſoli.
Cœleſtis ſoboles terreno è ſanguine: Natus
Jupiter alme tuus, Diue JACOBE tuus.
Spes Patris; patriæq; decus: metus vnicus hoſtis,
Romanæ gentis terror, & orbis erat.

Om-

QVi gemit extinctum, vivum gemat ille neceſſum;
Vivere quæ tribuit lux, dedit illa mori,
Non igitur Tua fata gemo, ſed tempora fati
Et Tua, præproperâ, fila reſecta, manu:
Et tamen iſta levant tantum ſolamina luctum,
Parca quòd eximium nil ſinit eſſe diu.
Ergo, HENRICE, vale; Te iam monitore, Tuiq;
Morte, iuventuti, diſco cavere meæ.

De die Veneris quo obijt.

Si, Parcæ, rogites, cur Veneris die
Ruperunt tetricæ ſtamina Principis;
Paucis expediam. Numine non carent
Tales exequiæ: Nullibi regiam
Dignandam thalamo repperit Anglia
Sponſâ tam celebri: flumine qui rigat
Ripas Leucoreas Albis, & vndiq;
Ballucâ nimiâ luxurians Tagus,
Sunt viſi ſteriles: Erubuit Venus,
Infligi & generi dedecus hoc ſuo
Nolens, quòd Paridi tanto Helenam chorus
Tantus non habeat; ſuppetias ſuis
Fert, & depoſito fœmineo metu,
Hos ambit Thalamos Ipſamet, & procata
Pactum coniugium eſt: atq; ſuam diem
Diva his conſtituit Cypria nuptijs.

IOH. HAMPDEN, *Armiger.*

In Novembrem, quo Princeps moritur.

SIt mihi triſtis
Illa dierum,
Saucia ſacro
Sanguine Regis.
Sexta Novembris.
Hæc Frederici
Principis almi
Vulnere duro,
Funere diro
Commaculatur.
Altera nigri
Tacta lapi:li
(Sæve November)
Lux tibi quinta eſt
Proditione.
Si malè poſthàc
Tam ſcelus atrū; &
Grande piáclum ex-
vrgat in illo:
Conſecro Diris
Tempora menſis.
Cuncta novembris.

GVAL. LONG, *Equitis aurati filius.*

Magdalena ad Principes HENRICVM & CAROLVM.

P*Rincipibus placuiſſe viris non vltima laus eſt:*
Quæ laus *Patronos* eſt habuiſſe ſuos?
Diſplicui, *Tuus* quòd toties (HENRICE) vocabar;
Vt placeam (Princeps CAROLE) *Veſtra* vocer.

ROB. BOWYER. *Equitis filius.*

De Principe, quòd nocte ceciait.

QVæris cur voluit latere lucem,
Cur Phœbus voluit venire noctem
Cùm Princeps cecidit? ſoli Britanni
Princeps Sol fuerat. Cadente Sole
Quid terris ſupereſt? graves tenebræ.

GVLIELMVS FOSTER *Equitis fil. nat. max.*

QVantò præ reliquis Muſarum cætibus olim
De veſtro noſtrum lumine lumen erat:
Tantò ex Eclipſi Veſtrâ nunc, Maxime Princeps,
Nobis quàm reliquis officit vmbra magis.
Vmbra Tuos mortis; reliquos tegit vmbra doloris:
Tu fueras Noſter, Nos fuimuſq; Tui.
Communi reliquos; proprio Nos jure tenebas;
Nec lugere Tuis, nec ſupereſſe licet.

AR. GOODWIN *Equitis filius natu maximus.*

Interit HRNRICVS fatali morte; quid inde?
Tàm propè mors vitæ, quàm propè Parca colo.
Vivus eras Princeps; Rex mortuus: aſtra ſepulchro
Sunt tibi: morſq; dedit vivere; vita mori.
VELLE fuit populi Te (Princeps) vivere: at illud
NOLLE tuum: clemens Mors Tibi, ſæva Tuis.

Proſopopæia Principis ad CAROLVM *fratrem.*

Anagrammatiſmus.

HENRICVS IACOBI FILIVS PRIMOGENITVS.
Pius vim necis ſufferq: hinc tibi gloria.

Dum pius Ipſe *necis vim ſuffero, gloria* parta eſt
Hinc tibi (mi Frater) quòd mea regna tenes.
Verſus ſum in cineres, mihi ſolùm ſervo *coronam*:
Tu, *Plumas, Phœnix* factus, habeto meas.

THOMAS HEYGATE. *Armig. fil.*

Quæris cur mæſto reſonet clamore Maria?
Cur gemitu? non quòd cecidiſti, pectora luctus
Occupat hic, ſed quòd cecidiſti (Maxime) nobis:
Namq; Tui noſtram capiat licet vrnula partem,
Pars tamen effugiet Libitinam maxima, creſcens
Laude recens, quam non annorum diruet vlla,
Temporis aut ſeries, Momorum aut deniq; livor.

THO. TVTT *Equitis filius.*

Epitaphium.

Doctrinæ columen: Belli tutela: futurus
Deliciæ cœli, Qui fuit ante ſoli.
Cœleſtis ſoboles terreno è ſanguine: Natus
Jupiter alme tuus, Diue JACOBE tuus.
Spes Patris, patriæq; decus: metus vnicus hoſtis,
Romanæ gentis terror, & orbis erat.

Om-

Omnia quod ſuperat: Princeps Tuus, Anglia, clarus
HENRICVS, clauſo conditur hoc tumulo.

GVLIELMVS YONGE *Armiger.*

Paries indutus panno nigro ſic loquitur.

Si rogitas nigro cur ſim veſtitus amictu:
Quidue volunt tantæ quas patimur tenebræ.
In promptu cauſa eſt, modò perdidit Anglia lucem:
Et modò naſcentem perdidit illa diem.

ÆGIDIVS POVLETT *Gen.*

Ergonè ſic poteras (Princeps clariſſime) vitâ,
Scandere cæleſtes, deficiente, vias?
Ergonè ſic poteras patriam, charoſq; Britannos
Linquere, quum patriæ gloria prima *fores.*
Nam nemo putat hoc, Parcas potuiſſe feroces
(Te invito) vitę rumpere fila Tuæ.
Talia ſæpè loqui (proh! falſò) verba ſolebam,
Fata quòd arbitrio, ſunt Tua facta Tuo.
Quam breve ſolſtitium parituris longius ævum?
Longum tempus habent, quæ meruere minus.

ROB. COOKE *Equit. filius natu maximus.*

Chronogramma in annum Chriſti quo obijt Princeps 1612.

PreDerICVS Morte perIt, aſt honor ſVperſtat.

HENRICVS cur morte perit? cur defugit Anglis?
Talem habuiſſe ſat eſt; ſemper habere, nefas,

Quan-

Quanquam ô: ſed ſupereſt, hoc cui diadema dediſti
Iupiter, atq; regat ſceptra beata, rogo.
Nec perijſſe puto, vitâ potiore beatum,
Vicit & Hic mortem, Qui modò morte perit.
Talē HABVISSE ſat eſt, HABVISSEq; pręſtat HABERE
Nūquam HABVISSE perit, morti at HABERE ſubeſt.

EDOARDVS GOLDSMITH *Equitis filius.*

Olim vera fides, terráſq; Aſtræa reliquit.
Spes in ſolamen ſola remanſit inops.
Quæ tamen in terris reliqua eſt ſpes, penè reliquit
Terras, defuncto Principe, & aſtra petit.

HVM. FORSTER *Equitis filius natu maximus.*

Haſta viventem mea quem tueri
Debuit; fato properante raptum
Cogitur triſtis celebrare mæſto
Carmine Muſa.
Quem ſed in terris Abrahamus optat,
Sanctus in coelis Abrahamus illum
Spectat. HENRICVS ſuperâ beatus
Sede triumphat.

RICH. ABRAHAM *Gen.*

Epitaphe ſur la mort du tres-renommé
HENRY Prince de Gales.

HElas! pourquoy, pourquoy les inhumaines Soeurs
Dans la fleur de ſon aage, ont ravy de le monde,
Et la fleur de ſon aage, & la peur? & les pleurs
(Depuis ſa triſte mort) de la machine ronde.
Mais quoy? la Parque louche, en regardant ſes moeurs,
Le penſoit aſſez meur, & qu' il eſtoit ja vieux
Et d' ung Ange terrien l' a faict vng Ange es cieux.

B.DARCY. *Coll. Mag.*

GRaviora paſſos cæteris, gravior dolor
Nos vrget, ad duplices querelas provocans;
Commune non eſt quod malum querimur: malum
Commune noſtro non adæquatur malo.
Fortuna tantùm Principem reliquis rapit,
Nobis Patronum, & Principem eripuit ſimul.

HEN. WINCHCOMB.

Ἐπιτάφιον.

ΟΥΤΟΣ ὁ τύμβος ἔχει μεγαλόφρονος ὄστεα κούρου,
Ὅστις φιλοπάτωρ καὶ φιλόπατρις ἐὼν,
Ἀμφότερον μεγάλοισιν ἑκὼν, ὄπι τῶν ἀπολαύων
Πατρίδος οὐρανίης, οὐρανίω τε πατρός.

IOH. HARMER.

Anag. { HENRICVS STVART.
{ *Sic artes ruunt.*

QVantus erit numerus capitum, tot ſunto Britannûm
Flumina: Mavortis plangere fata ſui.
En Pallas, en orbis apex, moriuntur in vno
Principe, *Sic artes* morte rapace *ruunt!*

Ca-

Caſtalios latices quondam guſtabat, at Idem
Jam Nectar Divûm libat, & Ambroſiam
Hinc hoſpes Superis datur, & conviva bëatis,
Quem mihi deflere eſt fas, reticere nefas.

In diem Veneris Sibi fatalem.

Quem Venus occidit, defunctum Terra recepit;
Ergo Noverca Venus ſit Tibi, *Terra parens*.

In benignitatem quâ nos dignatus eſt.

Quæ Natura facit rerum primœva crëatrix,
Hæc *Ars* (*naturæ lima*) venuſta facit.
Naturam noſtram, *Wainfletum*, iure vocemus;
Defunctus Princeps inſtar & Artis erit:
Hic Magdalenæ fundator, Tuq; Patronus;
Quæq; Labor ſtruxit Tecta, poliuit Amor.

In mortem immaturam.

Ver ætatis erat vitæ autumnus, Sibi vitæ
Autumnus, vitæ ver melioris erat.

Epitaphium.

Lactea fuſcato flacceſcunt lilia Phæbo.
Sit Princeps Phæbus, Lilia noſtra Domus.

TH. BUCKNER.

O Quàm grata Animæ μετεμψύχωσις, omnia vera
Si fuerant Samij dogmata Pythagoræ?
Vt quamvis, corpus, tegat vrnula, Principis, eſſet
Cui ſit diverſo corpore Mens eadem:

Sic ter *Magdalena* foret, terq; *Anglia* felix.
Nec *Mæcenate* hæc orba, nec illa patre.

J. DARBY.

Querela Beatæ Mariæ Magdalenæ, in obitum auguſtiſſimi HENRICI *Principis Walliæ.*

Hiccine *Dijs* labor eſt? ſic nos illudere donis?
Quodq; datur miſeris, non datur vſq; frui?
O vitam inuitam! ô; incommodā commoda! quantū
Exuperat maior, gaudia magna, dolor!
Ipſa ego, quæ ſtabam, modò Te vivente, beata.
Ter magis infelix, Te pereunte, cado.

PET. BYDE.

QVis Te potenti conſpicatus gloriâ,
Curru citato peruolantem paſſibus,
Agileſq; cervos enſe figentem aſpero,
Te Te quis (inquam) Principem Angliæ intuens,
Subitis cruentæ manibus arreptum necis,
Iaculoq; diri percitum fati, impiæ
Et iam ſororum falce conſciſum putet?
O dira, ſæva, peſtilens, atrox, fera,
Immanis, audax Mortis iniuſtæ lues.
Spem ſuſtuliſti gentis Angliacæ, decus
Totius orbis, Cambriæ ſolum ducem.
Invtiles ſpinæ vigent ſuperſtites,

Hi,

Hyemiſq; raró frigora infeſtæ timent;
A tTe juventæ florem, & ætatis roſam,
(Henrice pulcher) ſuſtulit ferox hyems.
Meliora nobis reddat Angliacis Deus,
Meliorem at Illo Principem haud potuit dare.
Adeſt laboris finis, & fletus Tibi;
Aderit doloris ſemper at nobis dies.

Alex. Gregory.

Quòd bonus Henricvs, quòd fortis, quòd benè doctus
Quòd Princeps pius, & relligioſus erat,
Cur multis dicam, cùm carmine dicitur vno?
Nempe fuit ſimilis Filius iſte Patri.

Carmina ſi flendo fierent bona, quis Tibi Princeps
Me, vel plura velit, vel meliora dare?

Anthon. Bovrcheir *Gen.*

Quid? Meam fas prætereat Camænam
Poſthumus Luctus? Mihi nulla ſtillet
Gutta? quid? fibra eſt mihi cornea? Abſit.
En cape demùm;
En cape has demùm lachrymas in vtrem.
Quis premat luctum, ſimuletvé in iſtis
Caſibus, venâ modò ſanguis vllâ
Turgeat Anglus?

Iohannes Moseley *in Art. Mag.*

ODE
De Woodſtochia.

FActum hoc, in vſum lætitiæ, Nemus
Natum vigorem frondibus eruit,
Succumq; plantis deſtinatum
Transtulit in lachrymas & imbrẽ.
Vaneſcit herbarum color, & (potens
Quondam frequentes paſcere quod greges)
Gramen ſaporem ſüavem
Exuit; inſipidumq; flaccet.
Nunc omnis arbos (quæ modò florida
Geſtire cepit, ſideribus comes)
Inclinat (heu!) fato indecoro
In cineres, ſterileſq; fumos.
Nunc Dama (Sylvis, & nemori vago
Aſſueta) naſcentes, per inania,
Ieiuna quærit, non repertas,
Quæ ſatient ſaturentq; plantas.
Venator, vltra mœſtitiæ modum,
Cornu ſonorumq;, & viridem Togam,
Cervis & arcum non amicum,
Nunc calamos abjcitq; fractos:
Solus vagatur, nec pecoris memor,
Nec propriæ ſortis; meditatur &
Securus, & curis repletus,
Nec ſibi quid, pecorivè, proſit.
Quid curet vltrà? vix novus Arbiter
(Qui ſe, ſuos aut reſpiciat greges)
Exurgat, vt cervos fugaces
Vexet eques cane perſequaci,

Are-

Areſcat Herba;& qui Locus vnicus
Sublimè novit tollere verticem
Nunc primus, Henrico perempto,
Vltimus & careat triumphis.
Fulgente donec ſidere Caroli
Nôrit faventes *Woodſtochie Deos*,
Ipſamq;,vicinos & ipſi
Oxonij Latices,foventes.

Ad CAROLVM *Principem.*
De Plumis.

Carole tam teneris *Plumis* veſtite(Propheta
Sim verus) *Pluma* Te facient *Aquilam.*
Te facient *Aquilam* producto ſtamine vitæ:
Addito & *Imperio* Te facient *Aquilam.*

Aliud ad Eundem.

Henricvs vixit Charvs, maturior annis;
Dum Tu, nempe minor, Carolvs vnus eras.
Exue, quod minuit, Nomen; Tuq; Æmule, Fratris
Indue virtutem, Carole, Charvs eris.

Lib. ad Lectorem.

Privatos forſan (*Lector*)mirare *Dolores*:
Privata eſt Domino noſtra *Maria* Svo.
Ed. la. *Mag D.*

CON-

CONCLVSIO AD LECTOREM

SIc vbi fata vocant, fatis ſuccumbimus omnes
Plebeius, Princeps, infans, juveniſq; ſenexq;.
Celſas Mors æquo turres Regum pede pulſat,
Pauperis atq; caſas. Naturæ debita ſolvit
Quiſq; ſuæ citiùs vel ſeriùs. Vna manebit
Nox omnes. Lex hæc naſcendi publica. Sævum
Non tu vel tauris places Plutona tricenis,
Vel lachrymis fatum quis inexorabile mille.
Qui tumidos geritis vultus, frontemq; ſuperbā, &
Grande ſupercilium, vitæ longamq; fovetis
Spem tam fallacis, mundum hunc contemnite. Princeps
HENRICVS juvenis teneris dum carpitur annis
Morte immaturâ: vitam hanc ſi deperit vllus
Hinc diſcat vitæ quàm ſit brevis Iſthmus & Orci.

FINIS.

Anno, quo

TV tIbI LVges MagDaLena.

*Q*uid mihi cum numeris? quid fata iniuſta dolenti
Suppeditas iuſtos *ſtulta Puella* modos?
Innumeros potero Numeris *arctare dolores?*
Immodicis lachrymis quis Modus *eſſe poteſt?*
Non mihi Muſa ſapis: nondum mœrore ſoluto
Conveniunt animo Verba ſoluta *meo.*

ORATIO FUNEBRIS HABITA APUD *Magdalenenſes tempore Prandij exequialis, 7°. Decemb. quo die deſideratiſſ. Principis* HENRICI *funeri iuſta perſoluta fuere.*

SALVETE: quo enim accommodatiore vtar exordio, aut quid vobis (vndiquaq; mœſtiſſimi *Wainfletici*) *Salute* magis gratioſum in orationis veſtibulo precabor, de humanâ fragilitate, de certo incertæ vitæ termino, de ipſa Morte coram vobis dicturus? Fatalis enim præſentis temporis neceſſitas me eas in anguſtias reluctantem adegit, vt cui vel leviuſculus doloris cuiuſvis ſenſus eſt ingratus, idem impellar funera & exequias ſpirare, atq; oratione meâ nõ calamiſtratâ aut fucatâ (*Non eſt conveniens luctibus iſte color*) ſed elumbi, & pro temporis ratione ſquallidâ, ſopitum penè dolorẽ retractando, lætitiæ veſtræ ſi qua adhuc ad vos rediit ſuavitatem renovatæ lamentationis amaritudine contaminare: Ita vt non iniuria, ſemper timui, præſentiam hanc meã vobis non minùs ingratam futuram, quàm *Apemanti* olim fuit *Athenienſibus*, cui cum publico quodam convivio dixerat; Pulcher profectò hic eſt noſtrum concurſus, retulit Timon μισάνθρωπος, immo ſi tu non adeſſes: nam quì ſperem orationem illã meam vobis arriſuram quæ mihi ipſi non ſapiat, cuius materiam aut aliam, aut aliunde depromptam ſæpiùs optaverim? Non enim iam poſt ſecundas veſtras dapes, bellaria, epulas tertias palatis veſtris gratas futuras vobis ſum exhibiturus: Sed vt olim *Aegyptij* Regibus ſuis prandentibus, mediis in epulis exeſam defuncti calvariam ſole-

ſolebant proponere: ita en ego vobis etiam in prandio,inter dapes veſtras,Mortui caput propono,illudq; nô inglorii cuiuſpiam ex terrenâ fæce,aut reſeratis inquinati ſepulchri cavernis dudum extractum,ſed Herois,Magnatis, Principis recèns mortui nuperrimè ſpirantis & expirantis: *Quis deſiderio ſit pudor & modus, Tā clari capitis*? Quid velim calamitatis hodiernæ Poeta pené præſaſagus vobis expediet:

> HENRICVS *generoſus ille Princeps*
> *Toto qui cecidit dolente regno,*
> *Chari deliciæ breves parentis,*
> *Structo nunc hodie datur ſepulchro,*
> *Caſtus moribus,integer pudore,*
> *Velox ingenio,decore fœlix.*

Quid palletis? aut frontes corrugatis? cur eum deiectis oculis in terram quaſi ſequimini? erigite voſipſos, comprimite aliquandiu ſingultus,illoſq;(ſi gravius nullum habeatis doloris ſpecimen)in duriora orationis meæ tempora reſervate; nondum enim Mecœnati, aut Patrono noſtro defuncto oratio mea iuſta perſoluit; communiora hic queritur,Principem florentiſſimum,orbis terrarum ſpemq; metumq;,Regni huius ſpem,Hoſtium metum,Omnium ſtuporem primævo germinantis ſuæ ætatis flore immaturâ morte intempeſtivè ereptum: Quæ calamitas vt moderatius ferenda eſt,quod in ea primas nobis alii præripiant, ita non leviter nos debet afficere quod communiter in omnes derivatur, & in eâ nobiſcum conſpirent vniverſi; Si enim cauſam nullam cur Hunc defleremus poſſim dicere,tamen illud dicendum putarem,quem omnes mortales gemunt,eum quoq; nobis dolori eſſe oportere: *Durus nimium eſt qui non toto Mundo ſecum lachrymante gemet.* Durus,quem luctu omnia ſquallentia,quem planctus & eiulatus communis ad doloris conſortium non allicient: Videor enim mihi videre pullatam hodierno die totius huius Imperii faciem, & lugubres omnium gemitus quos auribus nô poſſum accipere eos animo meo abundè concipere: Parentum,dolentium Filium,& eum primogenitum,ſuas & ſuorum delicias,quem non vt *Neronem* pater *Domitius* regni ſui malo genitum, ſed in vniverſi orbis commodum à Diis ipſis cælitùs conceſſum crediderant. Fratris,fata

vel

vel ob hoc acerbiſſimè perſtringentis, quòd neminem iam habeat præter Semetipſum quem æmuletur: Sororis, Charæ & dilectæ Sororis, *Fratrem mærentis, rapto de Fratre dolentis Inſolabilitèr*: Totius demum populi, Hunc, vt Romani *P. Africanum*, nō vni familiæ, ſed vniverſo regno, non tàm ablatum quàm ereptum exclamantis: Qui profectò communis omnium dolor animum eò gravius torquet, quò rarior & difficilior eſt conſolationis Medicina. Mortuo olim *Braſidâ*, hoc *Spartanorum* animos mediis in ſingultibus mirè recreavit, quod quamvis Vir egregius fuit *Braſidas* multos tamen tunc temporis habuit *Sparta* eo præſtantiores: At habuit hic noſter *Braſidas* neminem ſibi parem, præter ſemetipſum ſibi ſecundum neminem; quicquid enim bonitatis, quicquid ingenuitatis ſpiraverunt Aulici, illud illud quodcunq; fuit (quod in aliquibus certè fuit plurimum) bono huic & ingenuo Principi gratâ mente acceptum retulerunt, Qui iis omnibus verè princeps & ad ſuſcipiendam & ad ingrediendam ſtudioſam vitæ rationem & præceptis & exemplo extitit. Nec mehercule mirum; à teneris enim vnguiculis Eum ſummo virtutis amore Pater optimus imbuerat, & puriori ſanioris diſciplinæ lacte ad tantam ſapientiæ maturitatem enutriverat, vt Ipſe iam per Se probè præſenſerit *In imperio quid ſit ſuccedere Bruto*; Paternum regnum ſine paternâ virtute non poſſe adminiſtrari, ſuumq; eſſe virtute ſuâ perficere, vt quanto honore Ipſe ex Maiorum dignitate afficeretur, nō minora illis ornamenta ex ſuâ laude redderet.

Atq; hic mihi profectò rei ipſius gravitas manum iniicit, & in tanti *Principis* laudibus ebuccinandis aliquantiſper conſiſtere & commorari iubet: quodq; facultatis aliis dat dicendi facultas vt ſemper poſſint, id mihi pręſens dat negotium vt hodie poſſim: verum quid opus eſt, & eum iam laudibus in cœlum efferamus, quem pro certo novimus iam ante in cælum elatum? Nimis inſuper anguſti ſunt ſuccinctæ meæ oratiunculæ cancelli, in quibus tantæ, tam latè diffuſę virtutes non poſſunt coarctari. Alibi fuſius, & copioſius hodierno die celebratę fuerunt abeo, Cuius & ob ſapientiam nervoſior, & ob amplitudinem ponderoſior, & erit, & videbitur oratio. Mihi ſufficiet mortuum eum deflere, quem vivum nūquam potui ſatis admirari; Amiſimus enim illum in quo vt plu

 rima

rima,ita & duo præcipuè dolorē exacuunt, Ætatis immaturitas; Virtutis maturitas. *Heu qualis pietas,heu quam brevis occidit ætas?* quamvis quæ ætas eſt immatura quæ ad virtutis maturitatem excrevit?vita tunc eſt perfecta,cum perfecta eſt virtus, & vbicūq; deſinit,ſi benè deſinat, tota eſt;humanus tamen animus eius cuius amore inſanit adeò perpetuo feruet deſiderio, vt quicquid ſit quo fruitur quamvis amplum ſit,illud certè parum eſſe putat tunc cum aliquid poſſit eſſe amplius: Iniquum eſſe exiſtimat quos animi dona à ſerà oblivione liberant, eos corporis bona à feſtinatà ſepulchri iniuriâ non poſſe vindicare;Aliud autem ſtatuit ſummus rerum omnium adminiſtrator Deus, ex ætate aut cenſu,nos non cenſet:virtutum,non annorum numerum exigit;vt nobis fabula, ita & illi humanæ vitæ fabula,non quæ diu,ſed quæ benè acta eſt placet.*Immodicis brevis eſt ætas & rara ſenectus:* ita vt,quod retulit olim *Philippus* nuntianti cuidam *Hyparchum* tempeſtiuè mortem oppetiiſſe,idem & nobis communi hoc in luctu ſtatuendum ſit; *Sibi obijt Hyparchus noſter tempeſtivè,Nobis autem præmaturè:* Tempeſtivè ſibi,cuius cita hæc è vivis ad Deos demigratio,virtutis quam ætatis curſum fuiſſe celeriorem demonſtrat:Nobis pręmaturè:Immo nobis,*Wainfletici*,quibus & Patronum, & Mecœnatem egregium ſemet exhibuit,quorum conatibus favore,ſtudiis patrocinio ſuo magnificè indulſit;A quo Philoſophia vniverſa, Muſæq; hæ noſtræ omnem ſperandi rationem ſuſpenſam habebant.O qualem *Regem Platonicum* ſemet futurum promiſit, qui Philoſophos tantis ſemper habuit in deliciis:quanta,quam æterna ſpiravit facinora, qui ſibi vel parvulo,Muſis immolandum, & quaſi abblandiendum duxit? Operoſum olim putarunt Maiores noſtri,viros ſummos,amicos ſuos habere,ſatis exiſtimarunt ſi eos inimicos non haberent;at Hic,bonarū literarum amore inflammatus incredibili,ſatis ſibi non ſtatuit ſtudiis noſtris nō abeſſe,immo nec iis favere ſatis, niſi & publicè patrocinetur: noſtrorum enim

Et ſpes & ratio ſtudiorum in Principe tantum,
Solus enim noſtras hâc tempeſtate Camænas
Reſpexit,cum alios celebres doctoſq; Magiſtros
Impia neglectus Roma conducere clauſtra
Impulit,& contempta receſſit in atria Clio.

Inter

Inter tot *Athenis* his noſtris m un ificè extructa gymnaſia, ſanæ eruditioni conſecrata, literatiſſimis hominibus, liberalibuſq; ſtudiis vndiquaq; affluentia, vnam *Magdalenam* hanc noſtram(tunc mehercule verè Beatam)ſibi vnicè ſelegit, quam benevolentiæ ſuæ ſingularis memoriâ ſempiternâ ſibi in perpetuum obſtringeret: O quoties ædes has noſtras, *Suas:* Nos, *Suos:* Studia noſtrę, *Sua*, geſtivit nuncupare? quàm magnificè nos hoſpitio ſuo ſemel, ſæpius beneficiis, amore ſemper dignatus eſt? Verum leviuſcula hæc omnia; maiora multò & illuſtriora ſperabamus, ſpemque hanc ingreſſam, eius potentia, quod Princeps; voluntas, quod Patronus noſter fuit vbertim lactabat. Non enim quantum fecerit, ſed quantum facere aut poſſit, aut velit cogitatur in eo qui omnia poterit.

At, at huic tantæ noſtræ felicitati vel Dii ipſi inviderunt, & fiduciam immaturè eluſerunt; horum enim imperio cedens, Tantus, tam dilectus, tam noſter Patronus, vt ętatem ſuam iuvenilem, ita & luxuriantem noſtram ſpem, in ipſa herbâ, ante meſſem, immaturâ morte deſtituit; idem momentum quod illi ſpirandi, & nobis ſperandi fuit vltimum.

Heu facinus primo fraudatus flore iuventa

Occidis? nihil indoles, & animi tui dotes; Nihil ardentes Theologorum noſtrorum preces toties effuſæ, vt quamdiu Pater tuus mortalis ſit; nihil in domo ſuâ mortale eſſe ſentiat, Nihil *Magdalena tua* lachrymæ, Tuæ, quam toties amplexus es & deoſculatus, *Quæ tibi cura prior deliciaq; fuit*; Nihil noſtrum omnium ora, vultuſq; in Te vnum converſi potuerunt? frigidę mehercule nimis, & eneruatæ fuerũt preces veſtræ Theologi; raræ & infrequentes noſtræ lachrymæ; ita vt immites Deos nec illę flectere; nec hæ ab inſtitutâ cęde potuerunt avertere. Valeas ergo optatiſſime Princeps, viduatæ tuæ Magdalenæ, & Decus, & Dolor: valeas, & cum ita viſum ſit ſuperis, fruere, abundè fruere in cœlis tibi pręparato imperio, interim apud nos Alumnos tuos, Tui, & benemeritorum tuorum memoria ſemper reviviſcet: quamvis Tantus moreris, totus nunquam morieris, creſces nobis indiès in lachrymas, dum decreſcis.

Dolor hic profectò exuberans vocem meam reluctãtem com-

primit, mihiq; vel invito præcipit, vt calamitatem hanc tantam ſi oblivione non poſſim, taciturnitate tamen tegam; eamq; vt peritiſſimus artifex *Agamemnonis* dolorem quem penicillo non potuit exprimere, velo obumbrem: quapropter lachrymis res agenda eſt, voſquè à me rogandi eſtis, vt cui hucuſq; aures præbuiſtis, eidem iam oculos veſtros mutuos aliquantiſper daretis. Solvamus pio Principi ſtipendiarias lachrymas: dolorem quem verbis non poſſumus, ſingultibus exprimamus. Oſtendite voſipſos Magdalenenſes (hic enim primum vos hoc nomine dignabor) genuinos Magdalenæ filios, non ſuppoſititios, aut adulterinos ſpurios; Ne deeſte Illi mortuo dolendo, qui vivus vobis nunquam defuit benefaciendo: fletibus, lamentationibus, ſuſpiriis (ſi ante-meridianus noſter luctus vos penitus non exhauſerit) latentem animi dolorem abundè egerite; hâc enim tantâ in clade non tam lachrymandum eſt, quam plorandum. *Ite oculi in lachrymas.*

Verum ſiſtite aliquantulum: pænitet me ſententiæ meæ, pænitet concilii, quodq; obductum penè vulnus oratione meâ refricando, miſeros vos iam feci quia fuiſtis miſeri: nollem vos mediis in luctibus in quos à me manuducti eſtis deſerere: Accipite ergo obteſtor aliquam conſolationis medelam, atq; vna eademq; oratio *Vulnus opemq; ferat*: Erigite animos, & à dolore quo diu exarſiſtis iam tandem reſpirate: nolite ingemiſcere, lachrymis ne indulgete, *Levia perpeſſi ſumus Si flenda patimur*, Quodlibet vel leviuſculum infortunium homines nullo numero, de fæce extractos ad lachrymas impellit; faciamus Nos aliquid quod elatiores animos deceat, quod literas & eruditionem ſapiat: Dolorem vincamus, ipſaq; adverſa fata Adverſa fortitèr ferendo torqueamus: Principem, Regis filium primogenitum amiſimus: Cócedo: *Aequa tellus pauperi recluditur, Regumq; pueris*: ideo enim vitæ mortiſq; arbiter Deus, mortem quam graviſſimam fecit, fecit etiam communem, vt crudelitatem fati conſolaretur æqualitas.

At Mecœnas noſter erat, ſtudiiſq; noſtris impenſiſſimè favebat: Fateor: hinc autem lętandum magis eſt quod talem Patronum habuimus, quàm dolendum quòd amiſimus: Habere eripitur, habuiſſe nunquam eripietur: Quęcunq; enim literę eius gloriam immortalitatis memoriâ proſequentur, ſingularem illam benevolen-

volentiam quâ nos,ſtudiaq; noſtra coluit,ſerę poſteritati propagabunt. Gratulemini potius vobisipſis virtutem,eruditionemq; veſtram adeo enituiſſe,vt eorum nuda ſimplicitas tantum Principem in ſui amorem pellexerit. Fœlicitatis *vrbis Romanæ* inimicus aiebat *Romæ* incendia ob hoc vnum ſibi dolori eſſe,quod ſciret eam meliorem reſurrecturam quam arſiſſet: ita & nos iis quorum oculos gymnaſii huius fœlicitas iam diu perſtrinxit dolorem etiam novum inuramus, poſt tantam hanc calamitatem ad ſpes auguſtiores,&ſublimiores reſurgendo. Nondum *Occidit illa domus*: ſuperſtitem reliquit Fratrem dilectiſſimum non minoris ſpei Adoleſcentulum,cui,vt fraternę dignitatis,ita & benevolentię ſuę in nos hęreditas non poteſt non obtigiſſe: Sororem,cui quòd virgo ſit,*Muſa*;quod ſtudioſa, bonarum literarum ſtudia non poſſunt non eſſe gratioſa. Horum virtuti nunquam deerit patrocinium, *Hoc quoq; Fratis habent*: ſtudiis noſtris nunquam deerunt benevolendo,ſi nos nobisipſis non deſimus benemerendo. Aequiſſimum iudicabunt vt quos in dolore ſuo habuerunt,eos etiam in amore habeant ſibi coniunctiſſimos. In quas tantas Magdalenæ noſtræ ſpes

Hunc ſuperi ſervate Ducem,ſervate Sororem,
Moribus Is vivat Principis,Illa ſuis.

ACCEP. FREWEN *in Art.Mag.*

FINIS.

C 44

62866

C-PV SL
62864-67

REPRODUCED FROM THE COPY IN THE

HENRY E. HUNTINGTON LIBRARY

FOR REFERENCE ONLY. NOT FOR REPRODUCTION